ORDERICI VITALIS ... HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ LIBRI TREDECEM

Ordericus Vitalis, Benjamin Edme Charles Guérard, ...

ORDERICI VITALIS

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

LIBRI TREDECIM.

TOMUS V.

ORDERICI VITALIS

ANGLIGENÆ,

COENOBII UTICENSIS MONACHI,

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

LIBRI TREDECIM;

EX VETERIS CODICIS UTICENSIS COLLATIONE EMENDAVIT,

ET SUAS ANIMADVERSIONES ADJECIT

AUGUSTUS LE PREVOST.

TOMUS QUINTUS.

PARISIIS,

APUD JULIUM RENOUARD ET SOCIOS,

GALLICÆ HISTORIÆ SOCIETATIS BIBLIOPOLAS,

VIA DICTA DE TOURNON, N° 6.

1855.

EXTRAIT DU RÈGLEMENT.

ART. 14. Le Conseil désigne les ouvrages à publier, et choisit les personnes les plus capables d'en préparer et d'en suivre la publication.

Il nomme, pour chaque ouvrage à publier, un Commissaire responsable, chargé d'en surveiller l'exécution.

Le nom de l'Éditeur sera placé à la tête de chaque volume.

Aucun volume ne pourra paraître sous le nom de la Société sans l'autorisation du Conseil, et s'il n'est accompagné d'une déclaration du Commissaire responsable, portant que le travail lui a paru mériter d'être publié.

---

*Le Commissaire responsable soussigné déclare que le tome V de l'édition d'*ORDERIC VITAL, *préparée par MM.* LE PREVOST *et* DELISLE, *lui a paru digne d'être publié par la* SOCIÉTÉ DE L'HISTOIRE DE FRANCE.

Fait à Paris, le 22 *juillet* 1855.

Signé H. L. BORDIER.

Certifié,

Le Secrétaire de la Société de l'Histoire de France,

J. DESNOYERS.

ORDERICI VITALIS

ANGLIGENÆ

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

LIBER TERTIUS DECIMUS.

I. Dum occidentales peregrini contra paganos in Palæstina sæpe certarent, et Jerusalem aliasque urbes crebris conflictibus et diutinis obsidionibus Christo manciparent, Goisfredus comes Moritoniæ (1), filius Rotronis comitis, vir in multis probitatibus prædicabilis, usque ad mortem ægrotavit, et, convocatis proceribus Pertici et Corboniæ, qui suo comitatui subjacebant, res suas solerter ordinavit. Beatricem nempe conjugem suam, quæ consulis de Rupe Forti filia fuit (2), et optimates suos prudenter instruens rogavit, ut pacis quietem et securitatem sine fraude tenerent, suamque terram cum municipiis suis Rotroni filio suo unigenito, qui in Jerusalem peregre perrexerat (3), fideliter conservarent. Denique strenuus heros, omnibus rite peractis, Cluniacensis monachus factus

---

(1) Geoffroi II, comte de Mortagne, fils de Rotrou I^er^ et petit-fils de Geoffroi I^er^, d'abord vicomte de Châteaudun.

(2) Béatrix de Rouci, fille de Hilduin IV, comte de Montdidier, d'Arcies et de Rameru, comte de Rouci au droit de sa femme Alix. Cette famille n'avait rien de commun avec celle de Rochefort.

(3) A la première croisade. Nous sommes ici ramenés en 1100.

est, et apud Nogentum (1), castrum suum, in octobris medio defunctus et sepultus est. Ibi quippe pater ejus in honore sancti Dionysii Areopagitæ cœnobium cœperat, et ipse multum terris et opibus sublimaverat (2).

In eodem mense, Guillelmus de Molinis, audacissimus marchio, mortuus est, et in capitulo Beati Ebrulfi tumulatus est (3).

Anno ab incarnatione Domini MC, peractis rebus pro quibus Jerusalem ierant, optimates redierunt, et sua, ut justum erat, repetierunt. Tunc Rodbertus Normannorum dux et Rodbertus Flandrensis atque Rotro Moritoniensis aliique plures prospere reversi sunt, et, necessariis, amicis et affinibus merito congratulantibus, sua quique possederunt (4).

II. Non multo post, Hildefonsus Arragonum rex (5) graviter a paganis impetitus est, et crebris certaminibus multisque detrimentis nimium vexatus est. Unde Rotroni consanguineo suo legatos destinavit, eique humiliter mandavit ut sibi contra ethnicos dimicanti

---

(1) Nogent-le-Rotrou. — Octobre 1100.

(2) Ce monastère n'avait point été commencé par son père Rotrou, mais par son aïeul Geoffroi, en 1030. L'histoire des démêlés entre cette église et Saint-Père de Chartres, qui en revendiquait frauduleusement la propriété, ainsi que celle de ses deux premiers abbés, est compliquée et curieuse.

(3) Voyez ci-dessus, l. X, t. IV, p. 34.

(4) Le sixième jour après son arrivée, qui était un dimanche, Rotrou alla prier dans son église de Saint-Denis de Nogent, où son père venait d'être enterré, lui fit des donations, *atque donum istud cum palmis quas de Hierosolymis apportavit, super altare S. Dionysii posuit.*

(5) Alfonse I^er^, dit le Batailleur, roi de Navarre et d'Aragon en 1104, cousin germain de Rotrou II, par sa mère Félicie de Rouci, sœur de la comtesse Béatrix.

subveniret, et auxilia Francorum, qui multis in necessitatibus laudabiliter experti sunt, secum adduceret. Promisit etiam se daturum suffragantibus Gallis larga stipendia, et secum remorari volentibus opima prædia. Protinus comes probissimus commilitones ascivit, cognato regi suppetias advenit, sine dolo et fictione adjuvit, sed integram Hiberorum fidem non invenit. Nam, dum in multis strenue cum sociis et comprovincialibus suis egisset, et eorum adminiculum Sarracenos admodum terruisset, Hispani dolum in illos machinati sunt, et de morte suorum auxiliatorum, consensu regis, ut opinantur, tractaverunt. Quod facinus ut ab eorum complicibus detectum Gallis patuit, Rotro cum consodalibus suis regem cum proditoribus Hiberis reliquit, et, in nullo digne pro tantis laboribus remuneratus, in Gallias remeavit.

III. Eodem tempore, inter Rotronem et Rodbertum Belesmensem magna seditio exorta est, pro quibusdam calumniis quas iidem marchisi agebant pro suorum limitibus fundorum. Unde atrocem guerram vicissim fecerunt, in terris suis prædas et incendia perpetrarunt, inerme vulgus spoliaverunt, damnis damnorumque metu sæpe afflixerunt, multisque calamitatibus sibi subjectos milites et pagenses contristaverunt. Verumtamen Rotro superior extitit, et Rodbertum de bello victum fugavit, et plurimos de hominibus ipsius comprehendit, et in carcere coartavit. Consobrini enim erant (1), et ideo de fundis antecessorum suorum altercabant. Guarinus de Damfronte, quem dæmones

(1) Robert de Bellême était arrière-petit-fils et Rotrou petit-fils de l'arrière-petit-fils de Guillaume Ier de Bellême.

Guazso de Biara (1) cum Guasconibus, Penecadel (2), ubi sunt duæ turres inexpugnabiles, munierunt, et sex septimanis tenuerunt. Tandem, pugnantes contra Amorgan regem Valentiæ (3), per Sativam (4) urbem convenerunt; sed pagani, antequam ferirentur, fugerunt. Relictis autem in munitione Penecadel LX satellitibus, redierunt. Sed Amoravii et Andeluciani (5), de Africa missi a rege Alis filio Iusted, eis obviaverunt, triduoque in castro Serraliis (6) obsederunt.

---

la sécurité de la frontière chrétienne de ce côté, et de préparer la conquête des royaumes de Valence et de Murcie. — Briz-Martinez conjecture au contraire qu'il s'agit ici des chevaliers de Saint-Jean de la Peña.

(1) Gaston IV, vicomte de Béarn, que nous avons vu figurer d'une manière si brillante à la croisade, entra en Espagne en 1114 et prit la part la plus active aux deux siéges de Saragosse. C'est aussi en 1114 que Rotrou, sorti des prisons de Robert de Bellême en 1113, retourna en Espagne.

(2) Peut-être Benicarlo dans le royaume de Valence.

(3) *Amorgan* répond probablement à Merouan, personnage qui est mentionné quelques années plus tard comme chargé de la défense de Valence.

(4) *Sativa* est l'ancienne Sætabis, appelée aujourd'hui Xativa et San Felipe, dans le royaume de Valence.

(5) Les *Amoravii* sont, à proprement parler, les Almoravides, nom d'une dynastie de princes africains qui fonda Marok, et menaça un moment d'envahir l'Espagne tout entière. Le mot *al-moravide* est arabe; c'est l'altération de *al-morabith*, et *morabith* se dit de ceux qui sont animés d'un zèle particulier pour le triomphe de la religion musulmane. Le mot *marabouth* dérive de la même racine. Ici Orderic entend parler des musulmans d'Afrique qui obéissaient aux princes almoravides. Quant aux *Andeluciani*, ce sont les musulmans établis en Espagne. Le mot *Andaloux*, qui est aujourd'hui restreint à une province, désignait alors toute la partie de l'Espagne soumise aux lois du Coran. — Le prince Almoravide qui régnait alors à Marok est Ali, fils de Youssouf ou Joseph; son nom est écrit plus bas *Hali*. (Note de M. Reinaud.)

(6) M. Reinaud, qui a si savamment éclairci ce passage de notre auteur, n'a pu réussir à trouver le nom moderne du *castrum Serraliæ*.

christiani vero his tribus diebus peccatorum suorum pœnitentiam egerunt, jejunaverunt, et, Deum invocantes, XVIII kalendas septembris (1) pugnaverunt, et, adminiculante cœlesti virtute, post diurnum certamen, cum sol occumberet, vicerunt; sed fugientes paganos, nocturna formidantes pericula, per incognita itinera diu persequi non ausi fuerunt.

Pridie ante generalem pugnam, Guarinus Sancio, vir in multis laudandus, cum fratribus de Palmis in montana ascendit, ibique christianis cum virtute Dei prœliantibus, Alamimun rex (2) cum CLIV milibus peditum victus aufugit. Innumeri de tantis paganorum legionibus perierunt, aut armis persequentium, aut præcipitiis, aut nimia lassitudine, vel siti, vel aliis generibus mortium. Sic Afri, qui suppetias idololatris Hiberis venerant, interierunt, et, christicolarum telis in Orcum demissi, cum regibus suis gehennæ pœnas luunt. Deinde Normannorum quidam et Francorum loca sibi opportuna perquisierunt, et ibidem ad habitandum sedes elegerunt. Silvester autem de Sancto Carilefo (3) et Rainaldus de Bailol (4) aliique plures ad natale solum repedarunt, qui patrimonia sua externarum adquisitionibus rerum præposuerunt.

---

(1) 14 août.

(2) Probablement Tamim, frère du prince de Marok, et qui avait été investi par lui du gouvernement des provinces orientales d'Espagne, soumises au joug des Almoravides. (Note de M. Reinaud.)

(3) Sylvestre de Saint-Calais.

(4) Rainaud de Bailleul en Gouffern, mari d'Amicrie, nièce de Roger de Montgommeri, témoin de la charte de fondation de Shrewsbury. Voyez ci-dessus, t. II, p. 414. Ce personnage est mentionné au Domesday-Book sous le nom de « Rainaldus Bailgiole » ou « Balgiole, » comme tenant en chef dans le Staffordshire.

V. Tunc Normannus eques Rodbertus de Cueleio (1), cognomento Burdeth, in Hispania commorari decrevit, atque ad quamdam urbem quæ Terracona (2) in antiquis codicibus nuncupatur, secessit. Ibi passi leguntur tempore Galieni imperatoris sancti martyres Christi Fructuosus episcopus et Augulus et Eulogius diaconi, qui, primo in carcerem trusi, deinde flammis injecti, exustis vinculis, manibus in modum crucis expansis, orantes ut urerentur, obtinuerunt (3). Aurelius Clemens Prudentius (4) de ipsis in libro de martyribus metricum carmen composuit, ipsorumque certamen luculentis versibus enodavit. Terraconæ metropolitana sedes erat, et Odelricus erudi-

---

(1) Il existe en Normandie quatre communes qui ont porté ce nom. Nous supposons qu'il s'agit ici de celle qui a pris postérieurement le nom de Rabodanges (canton de Putanges); comme l'église appartenait à Saint-Évroul, notre auteur devait avoir plus de facilités pour savoir ce qui arrivait à ses habitants et plus de disposition à s'y intéresser. On voit figurer en 1077 un personnage nommé Robert Burdet, dans une charte du *Monasticon Anglicanum*, t. I, p. 562, comme témoin en même temps qu'Ive de Grentemesnil. Nous pensons que ce pouvait être le père de celui-ci. Il était mort à l'époque de la confection du Domesday-Book; mais sa veuve et son fils y figurent comme sous-tenants dans le Leicestershire. Cette famille avait fait beaucoup d'aumônes à la léproserie de Burton-Lanzas (Leicestershire), dans les archives de laquelle on voyait figurer comme bienfaiteurs un grand nombre de ses membres. Voyez le *Monasticon*, t. II, p. 398.

(2) Tarragone.

(3) Saint Fructuosus, premier évêque connu de Tarragone, saint Augure (Augurius) et saint Euloge, diacres, livrés aux flammes dans cette ville, le 21 janvier 259.

(4) Il y a ici une petite transposition. Le vrai nom du poëte chrétien Prudence était Aurelius Prudentius Clemens. Il était originaire de la province Tarragonaise, et en a surtout célébré les saints dans l'ouvrage auquel notre auteur fait allusion (*Peri stephanôn*), et qui se compose de 162 vers divisés par tercets.

tissimus senex archiepiscopus florebat (1), et in vicis burgisque diœcesis suæ officium sibi injunctum exer-

---

(1) Oldegaire, évêque de Barcelone en 1116, y réunit, par don du comte de cette ville, sous la date du 23 janvier 1117, l'archevêché de Tarragone, et même l'évêché de Tortose, qui lui furent confirmés par une bulle du pape Gélase II, sous la date du 21 mars 1118, fondée sur ce que le comte de Barcelone avait déjà reconquis au moins la première de ces villes. Cette circonstance, parfaitement authentique, infirme un peu le récit de notre auteur. Mais ce qui reste constant par une charte que les Bollandistes nous ont conservée, c'est que Robert Burdet obtint, non du pape, mais de l'archevêque lui-même, la principauté de Tarragone.

Nous n'avons pas cru pouvoir nous dispenser de reproduire ici le fragment des Bollandistes (mars, I, 490), concernant les rapports de saint Oldegaire avec notre compatriote Bobert Burdet.

Porro x^um jam annum Tarraconæ restituendæ curam sanctus præsul (Oldegarius archiepiscopus Barcinonensis) fovebat, urgebatque (quantum per facultates et publica, quæ vidimus, negotia licebat) inchoatum opus; sed omnium ipsiusque in primis votis tardius procedebat tantæ rei moles, infestantibus qui vicinas terras tenebant barbaris, neque securum aliquid toto Tarraconensi agro relinquentibus. Omnia circumspectanti archiepiscopo consultissimum virum, ecclesiæ de patrono, urbi de domino providere, qui armis utramque viribusque defenderet, et temporalia illius commoda tanquam sua curaret. Hinc oculos in Robertum Aquillonium, alias Bordetum, conjecit, militem generosum et opulentum, quicum in hanc quæ sequitur formam convenit.

«*Ollegarius, Dei dignatione Tarrachonensis metropolis dispensator, omnibus in Christo fidelibus. Notitiæ cunctorum innotescere desideramus qualiter illustris comes et marchio Barcinonæ et Provinciæ ob amorem Dei dedit et tradidit, per scripturam suæ libertatis, Deo et ecclesiæ Tarrachonensi, quæ caput est ecclesiarum totius citerioris Hispaniæ, et nobis et successoribus nostris, civitatem Tarraconæ, ad restaurandum et libere habendum et possidendum et disponendum in beneplacito nostro, sicut in scriptura, quam nobis fecit, plenius cognosci potest. Sic quoque bonæ memoriæ Gelasius et Calixtus Romani pontifices, benignitate sua metropolitanam dignitatem nobis concedendo, eamdem comitis concessionem suis nihilominus scripturis confirmarunt. Eapropter, nos, divina clementia confisi, ipsius civitatis restaurationi operam dando, ad honorem Dei et ecclesiæ ejus, consilio et favore prædicti Raymundi comitis et suffraganeorum episcoporum et nobilium nostrorum, ad instantiam præcipue domini Raymundi Ausonensis episcopi, [te] reveren-*

cebat. In episcopali quippe basilica quercus et fagi aliæque proceræ arbores jam creverant, spatiumque interius intra muros urbis a priscis temporibus occupaverant, habitatoribus per immanitatem Sarraceno-

---

dum virum et strenuum militem, ipsius ecclesiæ hominio et sacramento fidelem, carissime Roberte, ipsius civitatis principem constituimus. Te, inquam, ad hæc omnia exposuisti ut Deo et ecclesiæ ejus semper ibi servias; et tuam in defensionem christianitatis militiam exerceas; unde, ad honorem Dei et Tarraconensis ecclesiæ [et] nostram nostrorumque successorum fidelitatem, donamus et tradimus tibi ipsam civitatem cum territorio suo, sicut in charta præfati comitis terminatur, ad restaurandum, habendum et possidendum tuisque successoribus, ut disponas et regas et judices homines qui illuc convenerint, cum timore Dei et justitia, secundum leges et bonas consuetudines quas, ibi communi consilio constituerimus. Donamus etiam tibi choloneas et leddas et usaticos (las calonias, peages y usages), *quæ ad principem pertinent, tam de terra qnam de mari.*

« *Tibi autem et successoribus tuis, quibus post te hunc honorem habendum concesserimus, nulla erit licentia alicui extraneæ potestati donare vel alienare hæc; nec alicui nisi illi qui ita sit fidelis et solidus homo ecclesiæ nostræ, sicut tu. Retinemus vero ad portionem nostram et dominicaturam nostram omnes ecclesias et ecclesiastica jura et ecclesiasticas personas et familias nostras, et clericorum sive monachorum, et omnes qui ecclesiastica prædia incoluerint, et omnes qui in domibus vel possessionibus ecclesiasticis habitaverint. Ita ut his omnibus nullus princeps vel inferior persona laica præsumat aliquid judicare, exigere vel distringere, seu disponere ullo tempore absque nostro jussu. In omnibus quoque quæ ibi principi concedimus retinemus omnes decimas, tam de terra quam de mari, domorum videlicet et villarum, castrorum et fortiarum, quæ ibi sunt aut erunt, ceterarumque possessionum; decimas quoque fructuum terræ et animalium et piscium, et de prædis et cavalcatis, et de omnibus proventibus quæ ad te principem per nostram donationem ipsius principatus accesserint.*

« *Propter hæc omnia beneficia quæ mihi concedit liberalitas vestra, ego quoque Robertus, vester fidelis homo, convenio Deo et ecclesiæ Tarrachonæ et vobis, domno Ollegario archiepiscopo, ut ab hac die et deinceps sim vester fidelis, sine aliquo dolo de corpore vestro et de omni honore quem hodie habet ipsa ecclesia et vos habere debetis, et nominatim quæ in dono quod mihi facitis retinetis, et de omnibus ecclesiasticis justitiis et directis, quæ ad vos pertinent vel pertinere debent. Convenio quoque vobis ut secundum*

rum peremptis seu fugatis, qui eamdem dudum incoluerant. Denique Rodbertus, instinctu præsulis, Honorium papam adiit (1), velle suum ei denudavit, Terraconensem comitatum, ab omni exactione seculari

---

meum posse et sensum contendam restaurare ipsam civitatem, et defendere illam et omnem vestrum honorem, et guerriggiare omnes homines qui justitias et jura ecclesiæ vel vestra vel ipsius civitatis tollere vel minuere tentaverint, et observare justitiam, sicut superius constituistis. Si qua igitur in crastinum persona ecclesiastica vel secularis contra hanc vestræ dominationis et nostræ convenientiæ paginam venire præsumpserit, componat alteri parti, cui injuriam inferre tentaverit, libras auri xxx, *et post modum hæc pagina robur suum obtineat. Actum est hoc anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo vigesimo octavo, pridie idus martii.*

« *Ollegarius Tarrachonensis archiepiscopus.*
« *Signum Roberti principis.*
« *Raymundus, Dei gratia Ausonensis episcopus.*
« *S. q. Arnalli sacerdotis atque decani.*

« *Juro ego Robertus, Tarrachonensis princeps, tibi domino meo Ollegario, ejusdem civitatis archiepiscopo, quod ab hac die et deinceps fidelis homo et solidus ero tibi et ecclesiæ tuæ, et faciam et attendam tibi omnes convenientias quas tibi conveni, sicut scriptæ sunt inter me et te, per fidem, sine enganno. Et si forsan, quod absit, in his per incuriam deliquero, infra* xxx *dies ex quo monitus fuero, vobis satisfaciam. Per hæc sancta quatuor evangelia!* »

Hac auctoritate nixus, Robertus, inquit ex Domenecco Tamayus, protinus reparare mœnia, corroborare cives, distribuere campos, hostes propulsare, tueri terminos. Cujus successio ad Guilielmum de Aguillon, ejus filium, tantum pervenit; quia, cum iste sacrilega manu sanctissimum Hugonem de Cervellon archiepiscopum Tarraconensem occidisset, [*ab aliis suis fratribus adjutus, inquit Domeneccus in hujus Hugonis vita, quem cæsum dicit* XXII *aprilis, anno* M° C° LXXI] *ab Alexandro III pontifice maximo excommunicatus, et urbis principatu privatus, postmodum miserabiliter occubuit.*

Oldegaire, grand partisan d'Innocent II, l'accompagna, en 1130, au concile de Clermont, à Étampes, à Rouen, à Beauvais et à Reims, où fut tenu un autre concile. Ce fut lui qui reconstruisit la cathédrale de Tarragone, et qui introduisit les Templiers en Catalogne. Il mourut en odeur de sainteté le 6 mars 1137. Voyez ci-dessus t. IV, p. 390.

(1) 21 décembre 1124 — 14 février 1130.

liberum, dono papæ recepit, et reversus, validis sodalibus quæsitis sibique adjunctis, usque hodie custodit, ethnicisque resistit. Interim, dum pergeret Romam, itemque pro colligendis contubernalibus rediisset in Normanniam, Sibylla, uxor ejus, filia Guillelmi Capræ (1), servavit Terraconam. Hæc non minus probitate quam pulchritudine vigebat. Nam, absente marito, pervigil excubabat, singulis noctibus loricam ut miles induebat, virgam manu gestans, murum ascendebat, urbem circumibat, vigiles excitabat, cunctos ut hostium insidias caute præcaverent prudenter admonebat. Laudabilis est juvenis hera, quæ marito sic famulabatur fide et dilectione sedula, populumque Dei pie regebat pervigili sollertia.

VI. Anno ab incarnatione Domini MCXXV, postquam Rotro comes cum suis satellitibus et auxiliariis in Galliam remeavit, Arragonensis rex, visis insignibus gestis quæ Franci sine illo super paganos in Hispania fecerant, invidit, laudisque cupidus ingentem suæ gentis exercitum arroganter adunavit. Remotas quoque regiones usque ad Cordubam (2) peragravit, et in illis sex hebdomadibus cum exercitu deguit, ingentique terrore indigenas, qui Francos cum Hiberis adesse putabant, perculit. Sarraceni autem in munitionibus suis delitescebant, sed per agros armentorum pecorumque greges passim dimittebant. Nullus de

---

(1) Ce Guillaume la Chèvre fut un des commissaires royaux envoyés en 1096 par Guillaume le Roux, *ad investiganda regia placita*, dans le Devonshire et le Cornwallshire. On le trouve aussi employé comme témoin, avec un autre membre de sa famille, dans la charte de fondation du prieuré de Montacute par Guillaume, comte de Mortain.

(2) Cordoue.

castellis in christianos exibat, sed christiana cohors ad libitum omnia extra munimenta diripiebat, et depopulatione gravi provincias affligebat.

Tunc Muceravii (1) fere decem milia congregati sunt, ac regem Hildefonsum humiliter adierunt. « Nos, inquiunt, et patres nostri hactenus inter gentiles educati sumus, et baptizati christianam legem libenter tenemus; sed perfectum divæ religionis dogma nunquam ediscere potuimus. Nam neque nos pro subjectione infidelium, a quibus jam diu oppressi sumus, Romanos seu Gallos expetere doctores ausi fuimus (2), neque ipsi ad nos venerunt propter barbariem paganorum, quibus olim paruimus. Nunc autem adventu vestro admodum gaudemus, et, natali solo relicto, vobiscum migrare cum uxoribus et rebus nostris optamus. » Muceraviis itaque rex quod petebant annuit. Magna igitur eorum multitudo de finibus suis exivit, et pro sacræ legis amore, ingenti penuria et labore afflicta, exulavit.

Arragones enim, ut remeaverunt, totam regionem bonis omnibus spoliatam invenerunt, nimiaque penuria et fame, antequam proprios lares contigissent,

---

(1) Nous pensons, contre l'autorité de du Cange, que ce mot signifie ici les chrétiens Mosarabes. On sait que c'étaient des chrétiens qui avaient conservé le culte de leurs ancêtres sous la domination arabe, et qui suivaient le rit gothique. C'est sous la dénomination de *muahid* que les chrétiens, qui en cette occasion prirent parti pour Alfonse, sont désignés par les auteurs arabes. Ce terme, qui répond à *lié par un traité*, a été expliqué par M. Reinaud, dans ses *Invasions des Sarrasins en France*.

(2) Les chrétiens mosarabes avaient fini par perdre l'usage de la langue latine. Il n'est donc pas étonnant qu'ils n'eussent plus de rapports avec les prédicateurs français et italiens.

vehementer aporiati sunt. Porro Cordubenses aliique Sarracenorum populi valde irati sunt, ut Muceravios cum familiis et rebus suis discessisse viderunt. Quapropter communi decreto contra residuos insurrexerunt, rebus omnibus eos crudeliter expoliaverunt, verberibus et vinculis multisque injuriis graviter vexaverunt. Multos eorum horrendis suppliciis interemerunt, et omnes alios in Africam ultra fretum Athlanticum relegaverunt, exilioque truci, pro christianorum odio, quibus magna pars eorum comitata fuerat, condemnaverunt.

VII. Hildefonsus autem rex, ut in regnum suum regressus est, magnis et multis tam publicis quam domesticis seditionibus perturbatus est. Uraca enim, uxor ejus, quæ filia Hildefonsi senioris Galiciæ regis fuerat (1), consilio et instinctu Galiciensium, contra maritum suum rebellaverat, eique perniciem tam veneno quam armis machinata, multis causa perditionis fuerat. Denique Galicii, tam grave dissidium inter virum et conjugem ejus ut viderunt, nec pacem eis idoneam adhibere suadendo potuerunt, Petrum Hildefonsum, Raimundi Francigenæ comitis filium ex filia Hildefonsi magni, regem sibi statuerunt, et huc usque,

---

(1) Urraque n'était point fille d'un roi de Galice, mais d'Alfonse VI, roi de Léon et de Castille, et veuve de Raimond, comte de Galice, fils de Guillaume le Grand, comte de Bourgogne, qu'elle avait épousé, et qu'elle perdit en 1090. Alfonse se maria avec elle en 1109, la répudia bientôt, à cause de sa hauteur et de sa mauvaise conduite, et gagna, le 26 octobre 1111, une victoire sur ses partisans. Elle n'en conserva pas moins les États de son père Alfonse VI (les royaumes de Léon et de Castille), qu'elle administra tant bien que mal jusqu'à sa mort, arrivée en mars 1126.

Parvum Regem vocitantes, libertatem regni sub eo viriliter defendunt (1). Inter præfatos reges acris guerra diu duravit, et multa subjectis plebibus damna intulit. Præfata vero mulier in maritum omnimodis sævit, et nepoti, qui paternam hereditatem regebat, favit. Tandem, divino nutu, sicut Egla uxor David, post diutinam cædem difficultate partus periit (2). Qua defuncta, bellicosos reges serena pax in amicitiam copulavit, et unanimes fervor præliandi contra ethnicos armavit.

VIII. Anno ab incarnatione Domini M C XXXIII, indictione XI, Hildefonsus Arragonum rex exercitum contra paganos aggregavit, et munitissimum ditissimumque castellum Mæschinaz (3) obsedit, et oppidanis turgentibus, qui divitiis et ciborum abundantia inaccessibilique, ut rebantur, firmitate gloriabantur, præcepit ut sese indemnes dederent, et in pace omnibus secum rebus suis sublatis recederent. At illi acriter restiterunt, et minas ejus ac promissa parvipenderunt. Strenuus autem rex per tres septimanas fortiter illos coartavit, et exteriorem munitionis par-

---

(1) Alfonse-Raimond, huitième du nom (en comptant son beau-père), né en 1106, fut proclamé roi à Léon immédiatement après la mort de sa mère, épousa en 1128 doña Bérengère, fille de Raimond Bérenger, troisième du nom, comte de Barcelone, fit beaucoup de conquêtes sur les Maures, fut proclamé empereur d'Espagne en 1135, et ne mourut que le 21 août 1157. Notre auteur le prend pour le neveu de sa mère.

(2) Cette princesse, mariée en 1090 pour la première fois, n'a guère pu mourir en couches trente-six ans plus tard. Nous ne savons point où notre auteur a pris qu'Égla, femme de David, était morte en couches. Le deuxième Livre des Rois et le premier des Paralipomènes n'en disent rien.

(3) Mequinenza?

tem violenter obtinuit. Castellani ergo perterriti interius munimentum regi obtulerunt, ac ut liberos cum suis omnibus eos exire permitteret rogaverunt. Quibus iratus rex respondit : « Hoc quod nunc poscitis a primordio sponte obtuli vobis. Sed vos, Christi virtutem et christianorum fidem probitatemque floccipendentes, respuistis. Nunc igitur per caput meum vobis assero quod hinc non egrediemini, nisi cum vitæ vestræ detrimento. » Deinde suis jussit ut præparatas machinas erigerent et validos assultus in oppidum darent. Quo facto, castellum ceperunt et cunctis gentilibus capita detruncaverunt, magnumque terrorem vicinis sic intulerunt.

Victor itaque rex inde in civitatem Flagram exercitum duxit, et annua ipsam obsidione circumvallavit (1). Cives ergo legatos in Africam statim miserunt, et Alis regi Africæ ut illis succurreret mandaverunt. At ille Amoraviorum decem milia trans fretum eis destinavit; qui, in Hispaniam venientes, per IV proceres regi mandavere ut festinaret de obsidione urbis recedere. Protinus rex sanctas sibi de capella sua reliquias deferri præcepit; quibus allatis, coram omnibus juravit quod obsidionem non dimitteret, nisi civitas sibi redderetur, aut ipse letho præpediretur, aut bello fugaretur. Hoc etiam XX optimatibus suis jurare præcepit.

Legati autem redeuntes hoc Amoraviis renunciaverunt, et illi mox, aggregatis omnibus contubernalibus suis, ad bellum convenerunt. Deinde fortiter instructa

(1) Fraga, à vingt milles au S. E. de Saragosse.

gentilium acies exercitui regis occurrit, acriterque præliari cœpit. Denique rex, ut pervalidum sibi certamen imminere prospexit, veredarios suos celeriter direxit, et omnes amicos atque confines ut sibi suffragarentur exoravit. Ipse vero cum suis agminibus pedem ad vicinum montem callide retraxit, ibique tribus continuis diebus ac noctibus in obstantes Amoravios dimicavit. Rodbertus autem cognomento Burded comes Terraconæ aliique fideles, auditis rumoribus de regis impugnatione, velociter armati laxatis habenis advolarunt, in nomine Jesu alte vociferati sunt, repentino impetu lassatos gentiles percusserunt, prostraverunt, victosque fugaverunt. Multos quippe ceperunt, plures vero necaverunt, et, victoria peracta, spoliis inimicorum admodum ditati sunt, victorique Deo læti gratias egerunt.

Verum, quia in hoc labenti sæculo nulla mortalium potentia longa est, adversitas prosperitatem, disponente justo rectore Deo, velociter prosecuta est. Cives enim Fragæ urbis, quam rex obsidebat, ad quam omnium pessimorum de ethnicis seu falsis christianis refugium erat, metuentes tam magnanimi principis iras insuperabilesque conatus, et christianorum Christi cruce signatos et invicta virtute corroboratos exercitus, pacem ab eo petierunt, et subjectionem ei secundum consideratas conditiones spoponderunt. Ille vero concordiam eorum obstinata mente refutavit, et annuum vectigal ab eis recipere sprevit, seseque illos obsidione obtenturum fore minitatus, jurejurando confirmavit. Quod audientes, Sarraceni dira desperatione acriores extiterunt, ad Halin regem Africæ denuo legatos miserunt, et ab aliis regibus principibusque

gentium in tanto discrimine sibi subsidium summopere procuraverunt.

IX. Anno ab incarnatione Domini MCXXXIV, indictione XII, Rodbertus II, dux Normannorum, XXVIII° anno ex quo apud Tenerchebraicum captus est et in carcere fratris sui detentus est, mense februario, Carduili Britanniæ obiit, et in cœnobio monachorum sancti Petri apostoli Gloucestræ tumulatus quiescit (1).

---

(1) Sur le lieu de la mort de ce prince, voyez ci-dessus, t. IV, p. 486. Sur l'église abbatiale de Saint-Pierre de Gloucester, où il fut enterré, voyez le *Monasticon Anglicanum*, t. I, p. 108.

Ce prince avait très-près de quatre-vingts ans quand il mourut; il était né vers 1054, et, en effet, le mariage de ses parents avait eu lieu en 1053, suivant la Chronique de Tours. On voit dans le précieux Cartulaire de la Trinité du Mont une charte de Guillaume de Vernon, avec la souscription de la duchesse Mathilde, portant la date de 1053.

Dans une charte d'Odon le Monétaire, fils d'Honfroi, queux du duc, voisine de 1060, nous voyons figurer *Raturius consiliarius infantis* et Tetbold *gramaticus*, qui lui apprenait probablement à lire. Un peu plus tard, dans une charte de Guillaume en faveur de Saint-Ouen : *Hilgerius magister pueri*. C'était alors un art bien peu répandu que celui de savoir lire. Nous avons vu que Henri I^er^, le savant de la famille, ne pouvait, malgré son surnom de Beau Clerc, lire haut, c'est-à-dire couramment, pendant longtemps. Guillaume de Poitiers croit faire une concession importante, en disant que l'archevêque Mauger *scripturarum arcana intelligentiæ litteralis oculo colligere non indoctus fuit*.

Dans une charte de Guillaume en faveur de Saint-Ouen, sous la date de 1063, concernant Criquebeuf-sur-Seine, on voit la souscription de Robert à la suite de celle de ses parents. Après avoir parlé de leur consentement, le rédacteur ajoute : *et Rodberti, eorum filii, quem elegerant ad gubernandum regnum post suum obitum*. Il faut remarquer qu'il avait déjà deux frères : Richard et Guillaume.

Ce fut en 1064, qu'en attendant son mariage avec Marguerite du Maine, il fut proclamé comte du Maine. Il est désigné sous ce titre dans la charte de fondation de la collégiale de Cherbourg : *et Robertus comes Cenomannis*.

C'était déjà un enfant formé à l'époque de la conquête d'Angleterre :

X. Tunc Buchar Halis, filius regis Marroch (1), plures undique bellatorum copias collegit, et in Hispanias contra christianos pugnare venit. Alamimon autem Cor-

---

fortitudinis probatæ, quanquam exilis corpore et pinguis aqualiculi.... Per resurrectionem Dei, probus erit Robelinus Curta Ocrea, disait son père; *hoc enim erat ejus cognomen quod esset exiguus.* Nous pensons néanmoins que Guillaume de Malmesbury a tort de le présenter à cette époque comme *spectatæ jam virtutis adolescens*, puisqu'il ne pouvait pas être âgé de plus de douze ans.

Notre auteur, qui a déjà négligé de nous parler de la naissance du prince Henri, fils aîné de Geoffroi d'Anjou et de l'impératrice Mathilde, au mois de mars 1133, a jugé à propos de passer également sous silence les circonstances très-curieuses du second accouchement de cette princesse, en mai 1134. Nous croyons faire une chose agréable à nos lecteurs en transcrivant ici ce qu'en rapporte Robert du Mont.

Natus est Gaufridus, secundus filius Gaufridi comitis Andegavensis, mense maio, in Pentecoste, Rothomagi. Et infirmata est mater ejus Matildis imperatrix propter difficultatem partus, usque ad desperationem, ubi prudentia ejus evidentibus indiciis manifestata est. Nam thesauros suos orphanis, viduis et reliquis pauperibus et maxime ecclesiis et monasteriis, manu sicut larga, ita devota distribuit. Monasterium vero Beccense abundantiori benedictione in auro et argento et lapidibus pretiosis et multiplici ornatu ecclesiæ, quam reliqua monasteria, cumulavit. Poposcit etiam patrem suum ut ibidem sepeliretur, quod, cum ille prius renueret, dicens dignius esse ut Rothomagi sepulta conderetur, ubi et antecessores ejus, Rollo et Guillielmus filius ejusdem, requiescunt, dixit animam suam nunquam esse lætam nisi compos voti in hac parte duntaxat fieret. Concessit pater quod petebat. Sed, Domino volente, sanitati restituta est.

Plus tard les intentions de la pieuse princesse furent accomplies. Sa dépouille mortelle reposa pendant six siècles et demi dans le sanctuaire de l'église du Bec; puis, après la profanation et la dévastation de cet asile vénéré, la volonté du roi son père s'est accomplie à son tour, grâce aux soins de notre savant ami, M. Deville, et les restes de l'auguste mère des rois Plantagenêts sont déposés dans la sacristie de l'église métropolitaine et primatiale de Rouen, en attendant, comme le cœur de son glorieux petit-fils, qu'ils y obtiennent une tombe digne d'eux.

(1) Buchar fils de Hali est Abou-Omar Taschefin, fils du prince de Marok; il succéda à son père en 1143. Le récit d'Orderic doit être rapproché de celui de l'historien arabe Ibn-al-Atir (Bibl. Imp., suppl. arab.

dubensis et Alcharias de Dalmaria aliique optimates Libiæ et Hiberiæ cum multis milibus ei adjuncti sunt, cœtusque suos ad pugnam insidiose instruxerunt. Hi simul conglomerati Fragæ auxiliati sunt, et quinquepartitas acies illuc perduxerunt. Prima nimirum acies ducebat ducentos camelos victualibus et multis speciebus necessariis onustos, quibus relevare nitebantur obsessos, et mendicos christicolas ad irruptionem illicere contra primas cohortes prædæ cupidos. Aliæ vero phalanges procul divisæ in insidiis latebant, ac ut fugientium persecutores exciperent caute manebant.

Ad Fragam duo flumina currunt, ab Ilerde Segra, et Ebura a Cæsaraugusta. In campo dolenti (1), inter

---

mis en ordre par M. Reinaud, n° 740, sous l'année 529 de l'hégire, 1135 de J. C.) Voici un extrait du passage de l'auteur arabe, dont nous devons la traduction à l'obligeance inépuisable de notre savant confrère :

« Le fils de Ramire (Alphonse) ayant entrepris le siége de la ville de Fraga, l'émir Taschefin, fils d'Aly, qui se trouvait en ce moment à Cordoue, fit partir le gouverneur de cette ville, Alzobeyr, fils d'Omar Allamthouny avec deux mille cavaliers. L'émir de Mursie et de Valence, Yahya, fils de Ganya, se mit aussi en mouvement avec cinq cents cavaliers, de concert avec Abd-Allah, fils de Eyadh, prince de Lerida, qui était suivi de deux cents cavaliers. Le fils de Ramire avait avec lui douze mille cavaliers et ne doutait pas du succès. Mais dans le combat qui eut lieu, les chrétiens furent mis en déroute; en même temps la garnison de Fraga envahit leur camp. Le fils de Ramire s'enfuit à Saragosse et y mourut de chagrin au bout de quelques jours. »

(1) Ce n'est point à Fraga, comme notre auteur semble le supposer, qu'est le confluent de l'Èbre venant de Saragosse, et de la Sègre venant de Lérida, mais en un lieu nommé Scarpe sur les cartes. — La qualification de Champ Dolent n'est pas ici un nom de lieu, mais l'équivalent du mot Champ de Bataille, qui la remplace aujourd'hui. Une commune du département de l'Eure et une autre de la Charente-Inférieure ont emprunté leur nom à des souvenirs de ce genre. Nous pourrions encore citer d'autres lieux auxquels ce nom est resté, notamment celui qui est situé près de Dol. Nos lecteurs se souviendront que nous avons vu un autre champ de ba-

hæc flumina pugnatum est in mense julio, ubi multum sanguinis effusum est. Hildefonsus rex, ut nimiam multitudinem ethnicorum contra se venire audivit, principes christiani exercitus convocavit, ac ad bellum magnifice concitavit. Bertrannus enim Laudunensis, comes Quadrionæ, et Rodericus Asturiæ, n'Aimarus de Narbona, et Centulfus Guastonis filius de Biara, Garsio Adramis, aliique plures bellicosi proceres in campo dolenti certaverunt (1). Hildefonsus rex, ut primam aciem, quæ camelos victualibus onustos ducebat, perspexit, Bertranno comiti, ut cum eis primo dimicaret præcepit. Cui Bertrannus dixit : « Domine rex, primos transire dimittamus, ut illis ad urbem appropiantibus nos optime parati simus, et illos, si onusti prædis remeaverint, ferire, et caute contra insidias inimicorum agmina nostra tutare. Interea sequentes socios eorum expectemus, et prompti bello excipiamus. » Tunc iratus rex cum exclamatione dixit : « Ubi est magnanimitas tua, strenue comes ? Huc usque timiditatem nunquam in te reperi. » His dictis, consul animosus erubuit, et in ethnicos cum suis cœtibus acriter irruit. Illi protinus terga verterunt, ac ad innumerabiles quæ sequebantur catervas refugere moliti sunt. Tunc innumeræ phalanges in christianos sur-

---

taille désigné par le nom de *Campus Famelicus*, et que nous avons cherché dans une circonstance accidentelle l'origine de cette qualification.

Nous avons peine à croire que la bataille ait eu lieu entre les deux puissants cours d'eau de l'Èbre et de la Sègre, et nous aimons mieux la placer sur le bord de l'un ou de l'autre.

(1) Les comtes de Carrion et des Asturies. — Aimeri II, vicomte de Narbonne, mourut dans cette bataille. Centule V, vicomte de Béarn, fils de Gaston IV, y perdit aussi la vie.

rexerunt, et Bertrannum ac n'Aimarum, Rodericum et Centulfum cum multis milibus occiderunt. Rex autem cum residuis in quodam colle diutius dimicavit, nimiaque hostium multitudine conclusus, suos pene omnes amisit, ibique ad mortem usque pro Christo confligere proposuit. Pontifex autem Urgelensis (1) regi ut recederet jussit; sed ille pro ruina suorum nimis mœstus noluit. Cui episcopus : « Ex auctoritate, inquit, Dei omnipotentis, tibi præcipio ut confestim recedas de hoc campo, ne te cadente tota paganis subdatur christianorum regio, et cunctis in hac provincia consistentibus christianis incumbat publica interfectio. » Denique pontificali jussione constrictus obedire voluit, sed, innumeris milibus paganorum ambitus, difficilem exitum undique circumspexit. Attamen ense feroci cum LX militibus, qui residui cum illo laborabant, per tenuiorem hostium craten (2) sibi callem aperuit, et cum summa difficultate cum X commilitonibus evasit, præsulemque prædictum cum quinquaginta pugnatoribus peremptum reliquit. Tali eventu gentiles elati sunt, et christiani vehementer contristati sunt. Rex, cum magno mœrore ad amicos ut remeavit, Cæsaraugustanis et Francis occurrit aliisque fidelibus, qui ad bellum properabant, sed, infortunio tristi audito, vehementer fracti lugebant. Videntes vero regem, confortare se conati sunt, seseque ad imperium ejus sponte obtulerunt. Ille autem, ira fervens et dolore pallens, unam saltem a Domino, antequam moreretur, de paganis ultionem cum in-

---

(1) Urgel sur la Sègre, à trente lieues de Barcelone.

(2) La grille, la barrière, la haie formée par les guerriers musulmans.

genti desiderio præstolabatur. Obvias itaque christianorum phalanges per devios anfractus ad maritima perduxit, ibique multitudinem Sarracenorum opimam captivis et spoliis christianorum onerantem naves invenit, subitoque super eos, qui nil hujusmodi tunc suspicabantur, irruit, et, de illis nimia cæde peracta, iræ furenti aliquantulum satisfecit. Ibi navis capitibus christianorum onusta erat, quæ rex Buchar patri suo regi Africæ pro testimonio victoriæ suæ mittebat. Captivos quoque circiter septingentos et insignes manubias vanæ laudis amator destinabat.

Hildefonsus autem rex, ut supra dictum est, Dei nutu, repente supervenit, factaque hostili strage, cæsorum capita sociorum rapuit, et ecclesiæ Dei honorifice sepelienda reddidit. Captivi vero, qui jam in navibus vincti jacebant, strepitum audientes, oculos levaverunt, et, videntes quod optare non audebant, vehementer exhilarati sunt. Viribus quoque resumptis alacriter animati sunt, et, christianis in littore cum Sarracenis pugnantibus, vincula vicissim absolverunt, ac ad subsidium suorum de puppibus prosilierunt, sumptisque jugulatorum armis, ethnicos adhuc superstites mortificare moliti sunt. Sic tripudio paganorum versa vice luctus successit, et christiana cohors in cunctis operibus suis Deum benedixit.

Hildefonsus fortis rex, laboribus et ærumnis fractus, paulo post ægrotavit, et, in lecto decumbens, post octo dies animam exhalavit (1). Quo defuncto, quia filium non habuit, turbatio de successore subjectos

(1) La bataille avait eu lieu le 17 juillet; le roi mourut quelques jours après.

inter bellicos strepitus aliquandiu detinuit. Denique Arragones Remigium sacerdotem et monachum, quia frater regis erat, elegerunt, et regem sibi constituerunt (1). Navarės autem Garsionem satrapam sibi regem præposuerunt (2).

XI. Romana Ecclesia, sub duobus principibus qui de papatu contendebant, a transitu Honorii papæ turbata, ingens tribulationum et dissensionum per orbem exuberavit copia. Nam in plerisque cœnobiis duo abbates surrexerunt, et in episcopiis duo præsules de pontificatu certaverunt, quorum unus adhærebat Petro Anacleto, alter vero favebat Gregorio Innocentio. In hujuscemodi scismate anathema formidandum est, quod difficulter a quibusdam præcaveri potest, dum unus alium summopere impugnet, contrariumque sibi cum fautoribus suis feraliter anathematizet. Sic nimirum quisque ad id quod agere appetit, sed impossibilitate præpeditus ad effectum perducere nequit, sua saltem imprecatione Deum contra æmulum suum expetit. Petrus potentatu fratrum parentumque suorum urbem obtinuit, et Rogerium ducem Apuliæ regem Siciliæ consecravit, cujus ope pene totam Italiam sibi associavit (3). Gregorius autem

---

(1) Ramire II, frère d'Alfonse, que l'on alla chercher dans son abbaye de Saint-Pons de Tomières (Héraut) pour le mettre sur le trône.

(2) Garcie Ramire IV, petit-fils de Ramirez, frère et meurtrier de Sanche IV, roi de Navarre. Garcie Ramirez avait épousé en premières noces Marguerite, que l'on croit avoir été fille du comte Rotrou, et qui mourut au mois de novembre 1141.

(3) Nous retrouvons ici, après une longue digression, notre pape et notre antipape. Anaclet ne consacra point Roger II; mais, par une bulle du 27 septembre 1130, il lui donna le titre de roi de Sicile, avec la suzeraineté sur la principauté de Capoue et le duché de Naples. Ce prince se

cum Quirinali clero Gallias expetiit, primoque ab Arelatensibus susceptus, legatos inde Francis direxit. Porro Cluniacenses, ut ejus adventum cognoverunt, LX equos seu mulos cum omni apparatu congruo papæ et cardinalibus clericis destinaverunt, et usque ad suam basilicam favorabiliter conduxerunt. Tunc ibidem XI diebus papam cum suis detinuerunt, ecclesiamque novam in honore sancti Petri, apostolorum principis, ab eodem cum ingenti tripudio populique frequentia dedicari fecerunt (1). Inde magnam auctoritatem apud Occiduos promeruit, quod a Cluniacensibus Petro præpositus fuerit. Ab eisdem quippe Petrus in pueritia enutritus coaluit, et eorum habitu ac professione monachus extitit (2). Gregorius itaque, a Cluniacis, quorum auctoritas inter nostrates monachos maxime præcellit, amicabiliter ut pater patrum susceptus, pontificali stemmate in Galliis enituit, et deinceps ab occiduis principibus et episcopis susceptus in brevi magnas vires impetravit. Nam apud Carnotum Henricus rex Anglorum ad pedes ejus humiliter corruit, illique reverentiam papæ debitam idus januarii sponte exhibuit (3), et multa donaria Romanis clericis regali munificentia contulit (4), ibique in domo

---

fit couronner à Palerme le jour de Noël suivant, et, non content de ces titres, prit encore de lui-même pendant longtemps celui de roi d'Italie.

(1) Ce fut le 25 octobre 1130, sous l'administration de Pierre le Vénérable, qu'eut lieu la consécration de l'église de Cluni.

(2) Voilà pourquoi nous nous sommes étonné de le voir paraître au concile de Reims, *vestibus optimis indutum* (IV, 385). Puisqu'il était moine de Cluni, ce ne pouvaient être que des habits sacerdotaux.

(3) Le 13 janvier 1131.

(4) Le roi, par une attention délicate, dont les juifs de ses États durent lui savoir beaucoup de gré, les associa aux dépenses des présents qu'il

Helisendis vicedominæ hospitatus, Francis et Romanis gaudentibus triduo permansit (1).

Deinde præfatus papa toto illo anno Franciam peragravit, et immensam gravedinem ecclesiis Galliarum ingessit, utpote qui Romanos officiales cum multis clientibus secum habuit, et de redditibus apostolicæ sedis in Italia nihil adipisci potuit. Cum Lothario imperatore locutus est, et ab eo cum suis ut magister venerabilis habitus est (2). Concilium Remis mense octobri habendum constituit, ad quod omnes episcopos et abbates totius Occidentis accersiit.

XII. Interea, Philippus puer, quem ante biennium Ludovicus rex in regem consecrari fecerat, quique pro simplicium nectare morum omnibus qui cognoverant eum placuerat, dum quemdam armigerum per vicos Lutetiorum ludens persequeretur, de equo corruit, et membris horribiliter fractis in crastinum obiit. Sic

---

offrit au Saint-Père. *Non modo suis sed et optimatum et etiam Judæorum muneribus eum dignatus est.* Ce ne fut pas seulement à Chartres, mais encore à Rouen, qu'il le reçut. Ce passage du pape par Rouen n'a laissé aucuns souvenirs chez les historiens locaux, excepté chez le continuateur de Guillaume de Jumiéges et chez Guillaume de Malmesbury.

(1) La vidamesse Hélissende était veuve depuis longtemps, lorsqu'elle eut l'honneur de recevoir dans sa maison le roi Henri Ier. Son mari le vidame Barthélemi Bodel ou Boel et son fils Girard figurent dans plusieurs chartes du Cartulaire de Saint-Père, dont la plus récente, portant date certaine, est de 1101. Quant à elle, c'est en 1104 qu'elle y paraît comme témoin, avec Girard. Celui-ci conserve le surnom de son père (Boel) dans d'autres documents du même recueil. L'un de ces actes, portant la date de 1132, est d'une autre vidamesse, *Elysabeth, vicedomina Carnoti,* et de son fils Henri. Nous supposons que c'était la veuve du successeur de Barthélemi, lequel Barthélemi était, comme nous l'avons vu, déjà mort en 1104.

(2) Au concile de Liége, le 22 mars 1131

sine confessione et viatico, coram patre et matre, III idus octobris mortuus est, et cum magno luctu inter reges Francorum tumulatus est (1).

Sequenti dominico, papa Suessionis basilicam sancti Medardi episcopi dedicavit (2), et inde Remis ad concilium properavit, ibique, sublimium multiplices causas personarum discutiens, fere XV diebus permansit (3). Illic affuerunt XIII archiepiscopi, et CCLXIII episcopi, et abbatum ac monachorum et clericorum magna multitudo. Illuc rex et regina, et tota nobilitas Franciæ confluxerunt, et per Rainaldum Remorum archiepiscopum ad totam synodum suam petitionem fecerunt, puerum scilicet Ludovicum pro Philippo fratre suo regem consecrari postulaverunt. Innocentius igitur papa VIII kalendas novembris filium regis regem consecravit (4). Quæ consecratio quibusdam Francis utriusque ordinis displicuit. Quidam enim laicorum post mortem principis spem augendi honoris habebant; quidam vero clericorum jus eligendi et constituendi principem regni captabant. His itaque pro causis, nonnulli de ordinatione pueri mussitabant, quam procul dubio impedire, si potuissent, summopere flagitabant.

---

(1) Nous avons déjà parlé de l'accident qui mit fin aux jours de ce jeune prince, né le 29 août 1116, couronné à Reims le jour de Pâques, 14 avril 1129, mort d'une chute de cheval à Paris, le 13 octobre 1131, et enterré à Saint-Denis, à gauche dans le chœur de cette église, auprès de la reine Constance de Castille.

(2) Cette dédicace paraît avoir eu lieu le 15 octobre, et non le 18, comme Orderic l'a marqué.

(3) Le concile de Reims s'ouvrit le 18 octobre.

(4) Le pape sacra en effet le dimanche 25 octobre Louis le Jeune, né en 1120.

Ludovicus autem rex, ut novi ritus insolitos conatus in regno suo scaturire comperiit, iratus in quosdam qui progeniem ejus a regni fastigio alienare moliti sunt, lethiferam ultionem exercere concupivit. Unde malivola quorumdam temeritas securior ad nefas cucurrit, et quibusdam horribili exitio, proh dolor! extitit, aliisque diu amore Dei proximique ferventibus mœrorem invexit. Nam, postquam Johannes senex Aurelianensis episcopus episcopatum deseruit, Hugo decanus, qui ad pontificatum electus fuerat, de curia regis rediit, et a temerariis hominibus in via percussus obiit, et episcopatus sine præsule, sicut navis sine gubernatore in mari, diu fluctuavit (1).

Tunc etiam Thomas, Sancti Victoris canonicus, vir magnæ auctoritatis, interemptus est, cujus interfectionem Stephanus Parisiensis episcopus adstans cum ingenti mœrore contemplatus est (2). Robur enim insanientium prævaluit lictorum, qui non reveriti sunt creatorem omnium, nec pro illo episcopum ut ejus fidelem famulum.

Anno ab incarnatione Domini MCXXXII, indictione X, Innocentius papa, postquam a Gallis, in quibus obedientiam et ingentem amicitiam repererat, recessit, Italiam expetiit (3); sed, a Romanis repudiatus, Pice-

---

(1) Notre auteur n'est point ici fort exact. D'une part Hugue n'était plus à cette époque doyen de l'église d'Orléans, mais bien évêque de Laon depuis 1112. Ensuite ce ne fut pas un doyen, mais le sous-doyen Archembaud, qui périt de mort violente.

(2) Le meurtre de Thomas, prieur de Saint-Victor, eut lieu le dimanche 20 août 1133, dans les environs de Gournai-sur-Marne, au retour d'une visite pastorale à l'abbaye de Chelles, dans laquelle il avait accompagné Étienne, évêque de Paris.

(3) Le pape repassa par Cluni, et y fut reçu avec la même généreuse

num, opulentam metropolitam, secessit (1); illic per plures annos apostolicam dignitatem exercuit, et inde per orbem decretalia scita destinavit.

XIII. Tunc rigor sanctæ conversationis in ecclesiasticis viris admodum crevit, et canonicalis ordo in Francia et Anglia multipliciter adamatus invaluit. Fervor quoque abbatum metas antecessorum suorum transcendere præsumpsit, et priscis institutionibus graviora superadjecit, satisque dura imbecillibus humeris onera imposuit (2).

Petrus Cluniacensis abbas veredarios et epistolas per omnes cellas suas tunc direxit, et omnes cellarum priores de Anglia et Italia regnisque aliis accersiit, jubens ut dominico Quadragesimæ tertio (3) Cluniaci adessent, ut præcepta monasticæ conversationis austeriora quam hactenus tenuerant audirent. Illi nimirum archimandritæ sui jussis obsecundaverunt, ac ad statutum terminum CC priores Cluniacum convenerunt. In illa die MCC et XII fratres ibi adfuerunt, ecclesiastico ritu canentes processerunt, et, cum jocunditate cordis oculos levantes ad Deum, devote ipsum collaudaverunt.

---

hospitalité que la première fois; mais il mécontenta beaucoup cette abbaye en accordant aux propriétés des Cisterciens une immunité de dîmes, à laquelle celles de Cluni ne furent pas admises. Il célébra la fête de Pâques à Asti en Piémont, le 10 avril 1132.

(1) Ce fut à Pise, et non point à Ancône, que le pape se retira; mais seulement en 1133, après être entré à Rome, cette même année, à la fin d'avril. Il couronna, le 4 juin, l'empereur Lothaire, qui le ramena à Rome en 1137.

(2) Notre auteur ne nous paraît pas avoir été partisan de ces austérités exagérées, dont le motif était de soutenir la concurrence sous ce rapport avec l'ordre de Cîteaux.

(3) Le dimanche 20 mars 1132.

Hæc iccirco securus edo, quia gaudens interfui, et tam gloriosum agmen in Christi Jesu nomine congregatum vidi, atque cum eis de basilica sancti Petri, apostolorum principis, dominico processi, et per claustrum in ædem Virginis Matris ingressus oravi.

Tunc Radulfus, Autisiodorensis episcopus, et abbates Albericus Vizeliensis ac Adelardus Melundensis, ejusdem cœnobii monachi, cœtum auxerunt, et conatus Petri abbatis præsentia et exhortatione sua confirmaverunt. Ille vero subjectis auxit jejunia, abstulit colloquia et infirmi corporis quædam subsidia, quæ illis moderata patrum hactenus permiserat reverendorum clementia. Fratres autem assueti magistro semper obedire, contra religiosum morem nolentes ei resistere, aspera quidem imperia susceperunt, rationabiliter tamen ostenderunt quod venerabilis Hugo et illius antecessores Maiolus et Odilo artam vitæ viam tenuerunt, et per eandem Cluniacenses discipulos ad Christum perducere moliti sunt. Iidem quoque cum reverentia et humilitate probabiliter asseruerunt, sufficere debere per vestigia eorum in via mandatorum Dei dilatato corde currere, quorum sanctitas palam declarata est miraculorum claro specimine. Austerus autem præceptor, Salomonis oblitus præcepti : *Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui* (1), Cistercienses aliosque novorum sectatores æmulatus, rudibus ausis institit, et ab incœptis desistere ad præsens erubuit. Postmodum tamen emollitus, subditorum arbitrio consensit, memorque discretionis, quæ virtutum mater est, invalidisque compatiens sub-

(1) Prov. xxii, 28.

venit, perplura de gravibus institutis quæ proposuerat intermisit.

XIV. Anno ab incarnatione Domini MCXXXIII, Lotharius imperator, ab episcopis aliisque fidelibus ob amorem Dei rogatus, Romam obsedit, et pacificare populum Dei, qui post Gregorium seu Petrum dissidentes errabant, sategit. Mandavit enim Petro ut alii cederet, aut judicium de ordinatione sua subiret. At ille gratanter mandatum suscepit, ac ad examen justorum se venturum coram ipso cæsare adquievit. Deinde augustus Innocentio similia mandavit, sed ille, nisi omnia quæ ad præsulatum pertinent ei libere redderentur, ad placitum venire recusavit. Imperator autem, ut hæc audivit, contra Gregorium indignatus, Petro quæque possidebat dimisit, et, negocio imperfecto, post hebdomadas VII recessit (1).

Eodem anno, Ricardus Baiocasinæ urbis episcopus in hebdomada Paschæ obiit, cui post duos annos Ricardus, Rodberti comitis de Gloucestra filii regis filius, successit; quem, jubente Innocentio papa, Hugo Rotomagensis archiepiscopus consecravit (2). Tunc etiam

(1) Nous avons déjà dit que ce fut précisément en cette année-là que Lothaire ramena le pape à Rome et y fut couronné par lui le 4 juin. Nous croyons donc devoir repousser les faits allégués ici par notre auteur.

(2) Richard II, fils de Sanson. Ce fut après la mort de ce prélat que Henri chargea son fils Robert, comte de Gloucester, de faire une enquête sur les fiefs relevant de l'évêché de Bayeux, et sur les services par lesquels ils étaient tenus. Robert était lui-même le principal feudataire et le porte-étendard héréditaire de l'évêque. Il en tenait vingt-cinq fiefs de haubert, dont dix pour l'honneur d'Évreci, d'après sa propre déclaration. Voyez ce document dans l'*Extrait des chartes du Calvados*, t. II, p. 415.

Richard III, fils de Robert, comte de Gloucester, fils naturel de Henri Ier. Nous supposons que c'était lui-même un fils naturel; car ce

Ricardus de Bella Fago (1), regis honorabilis, capellanus Abrincatensem præsulatum suscepit, quem supradictus metropolitanus consecravit.

XV. Circa hæc tempora, turbatio ingens facta est in Apulia, ad cujus originem elucidandam repetitio priscæ propaginis et eventus hominum est necessaria. Postquam Rogerius senex, Siciliæ comes, Tancredi de Alta Villa filius, obiit, uxor ejus Adeles cum parvulo filio regere se non posse magnas possessiones perspexit, et, anxia quid agendum foret, tam secum quam cum familiaribus suis solerter indagavit. Ingentes enim provincias præfatus consul et XI fratres ejus bellica virtute obtinuerant, et barbaros sub potenti manu excelsi Dei fortiter in Apulia et Sicilia subegerant. Tandem præfata mulier Rodbertum, Rodberti ducis Burgundiæ filium, in amicitiam copulavit, eique filiam suam conjugem cum toto Sicaniæ principatu tradidit (2).

---

ne fut qu'après deux ans, et sur l'ordre exprès du pape, que l'archevêque de Rouen, arrêté jusque-là par le vice de sa naissance, se détermina à lui donner l'onction épiscopale.

(1) Ce personnage, nommé en 1134, sacré en 1135, appartenait à la famille de Beaufou (Calvados), dont le premier personnage connu, Richard, était gendre de Robert, comte d'Ivri, et beau-frère du sénéchal Osberne de Crépon, surnommé le Pacifique. Nous supposons que l'évêque d'Avranches était petit-fils de ce premier Richard par Robert ou par Onfroi, ses deux fils. Le continuateur de Guillaume de Jumiéges nous indique en effet un Richard, fils de Robert; mais il le présente comme moine du Bec.

(2) Nous sommes reportés ici à plus de trente ans en arrière. Ce fut après 1101 que la comtesse de Sicile, Adélaïde ou Adélasie, appela en Sicile un seigneur bourguignon nommé Robert, et lui donna, en même temps que la main de sa *nièce*, l'administration du pays pendant la minorité de Roger II. Ce seigneur, très-peu connu en France, passe pour avoir été,

Rodbertus quippe, hujus pater, Rodberti Francorum regis et Constantiæ reginæ filius fuit, cujus nobilitas de sanguine regum et augustorum processit, et in multis regionibus claris operibus et mirandis virtutibus admodum effulsit. Ipse nimirum est, quem potentissima mater post obitum genitoris toti Galliæ præficere voluit, et Henrico, qui primogenitus erat, ut in superioribus parumper tetigi, præferre omnimodis studuit. Denique justitia Henricum jure in solium regni sublimante, Rodbertus ducatum Burgundiæ diu tenuit, et tres filios Henricum et Rodbertum atque Simonem genuit. Porro Henricus primogenitus ejus, ipso jubente, uxorem duxit, ex qua filios tres Hugonem et Odonem atque Rodbertum Linguonensem episcopum genuit (1), et superstite patre hominem decessit. Quo defuncto, pater longo postmodum tempore vixit, et filios suos nepotibus suis grandævus præposuit, suumque ducatum illis annuit, et proceribus cunctis ut soboli suæ prorsus adhærerent præcepit. Quod audiens Hugo puer siluit, et opportunum tempus patienter expectavit. Spem tamen in Domino fixam habebat, et privatim coessentibus sibi dicebat : « Justus Dominus, qui patrem meum mundo surripuit, prolem ejus hereditate debita non privabit. » Porro, adveniente ducis occasu,

---

conformément à la prétention de notre auteur, le deuxième fils du duc Robert Ier, dit le Vieux, qui ne mourut qu'en 1175, après Henri Ier, son fils aîné.

(1) Notre auteur oublie Henri, qui devint comte de Portugal en 1095, par son mariage avec Thérèse, fille naturelle d'Alfonse VI, roi de Léon et de Castille. C'est de cette alliance qu'est provenue la maison régnante de Portugal.

officiales cunctos atque barones accersiit, et mansionariis aulæ principalis, ut regiam sibi et optimatibus suis festive ornarent imperiose mandavit. Illi vero unde tyroni tantæ jussionis audacia inesset mirati sunt, et continuo perterriti jussis obtemperaverunt, et splendidum apud Divionem novo duci apparatum acceleraverunt. Animosus itaque juvenis sine bello et effusione sanguinis avitum honorem obtinuit, et, exulantibus patruis Rodberto et Simone, paternam hereditatem tribus annis insigniter tenuit. Justitia insignis, mitibus et justis placuit; irreligiosis autem et exlegibus terribilis ut fulgur incubuit (1). Completis tribus annis, Odoni fratri suo sponte ducatum dimisit, et ipse pro cœlesti amore seculum reliquit, monachusque Cluniaci factus, xv annis Deo gloriose militavit. Odo autem frater ejus ducatum Burgundiæ diu possedit, et ex filia Guillelmi Testardiæ (2) Hugonem ducem genuit et Helam, quæ prius Bertranno Tolosano comiti Poncium Tripolitanum comitem peperit, ac postea Guillelmo Talavacio Guidonem Pontivi comitem aliamque sobolem copiosam utriusque sexus edidit (3).

---

(1) Hugue Ier succéda en effet à son aïeul en 1075, et embrassa la vie monastique à Cluni en 1078, après la mort de sa femme Sibylle.

(2) Le manuscrit porte *Testardie*, avec une cédille sous le dernier *e*. Peut-être faudrait-il lire *Test-Ardie*.

(3) Eude Borel mourut à la Terre-Sainte en 1102, laissant de son mariage avec Mathilde, sœur et non pas fille de Guillaume Tête-Hardie, Hugue II dit le Pacifique, qui lui succéda, Henri, moine de Cîteaux, et deux filles, dont l'aînée, Alix, Hèle ou Hélate, épousa en premières noces, vers 1096, Bertrand, comte de Toulouse, fils naturel de Raimond de Saint-Gilles, qui mourut en 1112. Elle se remaria ensuite à Guillaume, troisième du nom, comte d'Alençon et de Ponthieu, dit Talvas, fils de l'odieux Robert de Bellême. Ménage prétend qu'elle mourut le dernier

Rodbertus autem Burgundio, ut prædictum est, filiam Rogerii Normanni conjugem habuit, et principatum contra cunctos per x annos strenue defensavit. Interea socrus ejus Rogerium puerum educavit, atque, ubi eumdem ad arma gerenda et jus patris regendum tyronem idoneum agnovit, egregium Francigenam probumque militem generum suum venenosa potione, proh dolor! infecit. Extincto itaque feminea fraude nobili marchiso, Rogerius successit, et pluribus annis in magna prosperitate viguit. Multis tamen facinoribus pollutus, magnis expiari, ut reor, tormentis meruit.

Callida mater ejus, quæ filia Bonefacii Liguris fuerat, a morte mariti sui pecuniis undecumque collectis, ingentem thesaurum sibi congesserat. Quod audiens, Balduinus prior, Jerosolymæ rex, opes concupivit, ipsamque, ut conjugali ritu sibi copularetur, per illustres procos requisivit. Illa vero, fastus et honoris insatiabiliter avida, nobilibus paranymphis adquievit, et, multitudine stipata clientum, cum ingenti ærario Jerusalem properavit (1). Rex autem Balduinus opimas quidem opes gratanter recepit, et stipendiariis, qui pro nomine Christi contra paganos laboriose di-

---

février 1191, ce qui est insoutenable; d'autres auteurs ont écrit 1101, ce qui ne l'est pas moins. Nous pensons qu'il faut lire 1119. Elle fut enterrée, dit-on, dans l'abbaye de Perseigne. Cela nous paraît encore peu croyable, puisqu'elle n'existait plus à l'époque de la fondation de cet établissement; ce qui n'a pas empêché Odollant Desnos de réunir la fondation et le mariage de Guillaume, comme s'il n'y avait pas dans les premières lignes de la charte rédigée à cette occasion : *Concessu Widonis atque Johannis, filiorum meorum.*

(1) En 1113.

micabant, dispersit; mulierem vero vetustate rugosam et pluribus criminum nævis infamem repudiavit. Anus itaque, culpis promerentibus, confusa Sicanios repetiit, et inter eos cunctis deinde contemptibilis consenuit (1).

Rogerius Siciliæ princeps admodum confortatus est, et super omnes antecessores parentelæ ipsius divitiis et honoribus locupletatus est. Post obitum Guillelmi ducis, ut supra dictum est, ducatum Apuliæ nolentibus colonis adeptus est. Deinde omnes qui ei resistere nisi sunt impugnavit et magnis viribus crudeliter oppressit, nec ulli pepercit, sed cognatos et extraneos pariter prostravit, et spoliatos opibus cum dedecore conculcavit (2).

Tancredus de Conversana (3) Matellæ (4) a Rogerio Siculo fortiter obsessus est, et, inde fugiens in oppidum quod Mons Petrosus dictum est (5), a protervo persecutore ibi captus est. Goisfredus etiam de Andra (6) cum uxore ab eodem in rupe captus est, in castello quod secus Potentiam (7) urbem situm est. Rogerius autem oppidum subjugavit, ibique thesaurum in quo erant xv minæ auri vel argenti cepit. Grimaldum quoque de Baro Langobardum (8), liberalem et stre-

(1) Elle mourut en 1118.

(2) En 1127.

(3) Tancrède de Conversano, dans la terre de Bari, probablement neveu de la duchesse Sibylle. Il était comte de Brindes.

(4) Matera dans la Basilicate, siége d'un archevêché.

(5) Monte Scaglioso, bourg de la Basilicate, dans le diocèse de Matera.

(6) Andria, ville épiscopale de la terre de Bari.

(7) Potenza, capitale de la Basilicate.

(8) Grimoald, seigneur de Bari. Son nom indique en effet une origine lombarde. C'est en 1132 que ses États furent conquis par Roger.

nuum virum, comprehendit, et, ablatis rebus ac munitionibus, vehementer humiliavit. Ricardum etiam principem Capuæ, consobrinum suum, exheredavit (1), et injusta vi exulare coegit. Sic vehementi violentia proximos et longinquos pessumdedit, et multum cruoris effundens multasque lacrymas crudeliter eliciens admodum crevit, ac primus de Tancredina progenie regalem thronum conscendit, et sceptrum ac diadema aliaque regis insignia gessit. Filiam Petri Leonis, sororem Anacleti pontificis, uxorem duxit, et, ab eodem coronatus, regium stemma nunc gerit (2).

XVI. Anno ab incarnatione Domini MCXXXIV, indictione XII, multa gravia in mundo contigerunt, quibus quidam exigentibus culpis plexi sunt, alii vero, terribilia et insolita videntes, terrore pallentes contremuerunt. Nam in natale Innocentum nix copiosa cecidit, totamque superficiem terræ cooperuit, et domorum

---

(1) Le prince de Capoue n'était ni Richard II, mort en janvier 1106, ni Richard III, sacré en 1120 et mort au bout de huit jours; mais Robert II, qui succéda à son père, Jourdain II, le 13 décembre 1127, et fut sacré le 28 du même mois en présence du pape Honorius. Sa lutte contre Roger fut longue et obstinée. Ce ne fut que le 1er octobre 1135 que celui-ci consomma la conquête de Capoue, par l'investiture de cette principauté donnée à Anfuse, son troisième fils.

Cette ville, ayant été reprise par l'empereur Lothaire pour le compte de Robert, fut conquise de nouveau et complétement saccagée en octobre 1137.

L'infatigable Robert rentra encore à Capoue en 1155, après la mort de Roger. Mais, obligé d'en sortir dès l'année suivante, il fut livré aux Siciliens, qui lui crevèrent les yeux et le firent périr misérablement.

(2) Nous avons cité la date de la bulle qui conféra au comte Roger le titre de roi. Il avait en effet épousé en 1120 Albérie, fille de Pierre de Léon, deuxième du nom, et sœur par conséquent de l'antipape Anaclet, qui lui donna cinq enfants, mourut le 8 février 1143 et fut enterrée à Palerme.

aditus mole sua sic oppilavit ut sequenti die vix egredi de tectis homines aut jumenta possent, vel aliquo modo procurare quæ sibi competerent. Multi fideles ecclesiam ipsa celebritate non introierunt, nec ipsi sacerdotes in plerisque locis, opposita sibi nivis congerie, limina basilicæ nequaquam calcaverunt. Post VI dies, zephyro flante, nix eliquata est, et immensa inundatio aquarum repente facta est. Flumina inde nimis creverunt, alveorumque suorum limites transgressi sunt, et ingentia damna seu incommoda(1) mortalibus intulerunt. In vicis enim et urbibus contiguis tecta repleverunt, hominesque de suis habitaculis fugaverunt. Enormes fœni acervos e pratis sustulerunt, et tonnas falerni plenas aliaque vasa repostoria, cum multis speciebus et preciosis opibus, de suis locis transtulerunt. Plures igitur pro suo damno lamentati sunt, et alii e contra pro insperato emolumento lætati sunt (2).

Mense junio, vehemens æstus per XV dies mundum terruit, et terrigenas ad omnipotentis Domini clementiam per jejunium et orationes suppliciter confugere, ne velut Pentapolei flammis combusti perirent, compulit. Fontes siquidem et stagna titaneus ardor, qui tunc per Geminos discurrebat, exsiccavit, et impor-

(1) Le manuscrit porte *commoda*.

(2) Ces désastres appartiennent en effet à la fin de décembre 1133. Orderic Vital a déjà (III, 120) parlé de la neige qui était tombée le 28 décembre, jour des Innocents. Il paraît que l'inondation arriva le 1er janvier 1134. Nous ne comprenons pas qu'il y eût du foin dans les prés à cette époque de l'année. Il faut supposer que c'était dans les hauts prés ou au moins dans la partie supérieure des bas prés, et que les cultivateurs n'avaient point de greniers pour les y déposer.

tuna sitis greges animantum graviter exacerbavit. Tunc, quodam sabbato, multi æstuantes aquæ refrigerium petierunt, et multi diversis in locis una pene hora in undis suffocati sunt. In nostro quippe vicinio, unde rumores ad nos facile pervolarunt, XXXVII in stagnis seu fluminibus homines lymphis intercepti sunt. Divinum examen, quo cuncta fiunt, discutere nescio, latentes rerum causas propalare nequeo; sed rogatus a sociis annalem historiam simpliciter actito. Inscrutabilia quis perscrutari potest? Rerum eventus ut vidi vel (1) posteris benigniter denoto, et omnipotentem Deum in cunctis operibus suis, quæ vere justa sunt, glorifico. Consideret quisque, prout sibi divinitus inspiratum fuerit, et utile sibi si quid æstimaverit, salubriter decerpat prout voluerit.

Mense augusto, in vigilia sancti Laurentii martyris, post nonam (2), turbo vehemens exortus est, quem terribilis tonitrus cum nimia pluviæ inundatione circa vesperum secutus est. Tunc fulmina cum ingenti mugitu ceciderunt, et plures feminas in diversis locis interemerunt. Nullum vero marem animadversione illa interisse audivi, sed femineus tantum sexus in hominibus et brutis animalibus pertulit pondus imminentis flagelli. In villa quæ Planchis dicitur, in confinio Luxoviensis episcopatus et Sagiensis, Guillelmus Blanchardus quidam juvenis de vicino agro redam ducebat, in qua soror ejus cum manipulis avenæ consistebat. Cumque adolescens imbres nimium perstrepentes formidaret, atque matris ad tugurium, quod proximum

(1) Peut-être faut-il ajouter *audivi*.
(2) Le 9 août, après trois heures de relevée.

erat, summopere festinaret, fulmen super clunes equæ quæ plaustrum trahebat protinus cecidit, et ipsam equam et vagantem pullam ejus quæ sequebatur et juvenculam quæ in vehiculo erat simul exanimavit. Juvenis autem, qui in sella sedebat et jumentum freno regebat, nimio quidem præ timore corruit, sed, miserante Deo, sospes evasit. Inundatio pluviæ maxima erupit, verumtamen bigam et garbas incendium consumpsit, quarum favillas et extinctæ cadaver in feretro in crastinum vidi, quia Merulæ consistens illuc perrexi, ut divinam posteris relaturus percussionem indubitanter scirem rei certitudinem (1).

In villa quæ Guaspreia dicitur (2), messores, dum viderent nubes tetra offuscari obscuritate, cuidam, quæ forte in campo spicas colligebat, dixerunt puellulæ: « Curre, filia, celeriter, et pallia nostra seu tunicas contra imbres nobis defer. » Quæ libenter jussa suscepit, et statim ire cœpit; sed in primo, ut opinor, passu fulmen cecidit, et ipsam feriens in momento exanimavit. Multa quoque similia eadem hora contigere,

---

(1) Notre auteur excelle à décrire les phénomènes de la nature. Aussi recommandons-nous à l'attention des savants les relations qu'il en fait.

Planches, à une lieue et demie E. du Merleraut, sur la route de ce bourg à Laigle. Il y a environ quatre lieues N. de ces deux communes à Saint-Évroul. Planches appartient en effet au diocèse de Séez, et se trouve placé à son extrême limite, puisqu'il n'est séparé que par la Risle de celui de Lisieux.

(2) Nous pensons qu'il s'agit ici de Gaprée, arrondissement d'Alençon, canton de Courtomer; mais nous ne voudrions pas répondre que ce ne fût Guéprée, arrondissement d'Argentan, canton de Trun, les deux noms étant à peu près complétement identiques en latin : *Guaspreia, Gaeprée.* On peut encore en rapprocher la Vépière, près Orbec : Wasperia (1360), La Guespière (1235), La Guespère (1237). Ce lieu est plus près de Saint-Évroul que Guéprée.

quæ postmodum edidici, veracium relatione, sed nequeo singillatim omnia literis assignare.

In prima septembris septimana, Dominus Deus noster multa per ignem peccata puniit, et peccatorum penates cum gazis injuste diu congregatis combussit. Cenomannis enim et Carnotum, antiquæ et opulentæ urbes, consumptæ sunt. Alencion quoque et Nogentum in Pertica Vernoliumque et alia oppida villæque plures, flamma iræ Dei discurrente, per orbem perierunt. Tunc Cenomannis episcopalis basilica, quæ pulcherrima erat, concremata est, et feretrum sancti cum corpore pontificis et confessoris Juliani difficulter in monasterium sancti martyris Vincentii translatum est. Ossa quoque sanctæ Scolasticæ virginis cum multis aliis reliquiis incensa sunt, et post incendium cineres in locis suis a religiosis perscrutatoribus inventi sunt (1). Carnoti vero monasterium sancti Petri apostoli combustum est, et venerabilis monachorum conventus, claustro cum reliquis officinis destructo, dispersus est (2). In his tempestatibus diversorum incolæ locorum miros eventus et varios experti sunt, variasque incendii causas lugubres senserunt, et prolixas inde narrationes pro admiratione seu lamentatione contribulibus referre poterunt. Ego autem illis non interfui, nec dubia referendo librum protelare decrevi.

In eodem mense, justus judex per contrarium elementum in alio climate terribilia exercuit, et scelestos

---

(1) L'incendie du Mans eut lieu le 3 septembre 1134. Les détails donnés par notre auteur sont exacts. Les reliques de saint Julien furent portées à l'abbaye de la Couture.

(2) L'incendie de Saint-Père de Chartres arriva le surlendemain 5 septembre.

piratas a nequitiis quibus terra sub Noë polluta fuerat compescuit. In Flandria mare noctu redundavit, et, per VII miliaria repente diffusum, basilicas et turres atque tuguria pariter operuit, et innumera hominum milia utriusque sexus et ordinis et conditionis pari periculo absorbuit. Ibi plane nec velocitas cursori profuit, nec fortitudo pugilem protexit, nec copia divitiarum opulentos salvavit, sed omnes æque, pulchros et deformes, viros et feminas, diluvium involvit et obturatis aqua oribus absque mora morti tradidit. Sic nimirum mare miserorum punitionem in puncto peregit, et confestim ad locum suum jussu Dei remeavit. Quædam paupercula nuper infantem enixa, ut strepitum rugientis aquæ audivit, territa, sed mente sana, de lecto mox prosilivit, infantem et gallinam cum pullis suis arripuit, et monticulum fœni, quod extra tugurium erat, velociter ascendit. Impetus autem irruentis et omnia involventis aquæ fœnum sublevavit, et de loco illo mullonem (1) hac et illac fluctuantem longe transtulit. Miseratione vero misericordis Dei mulier salvata est, et in tanta vicinitate mortis, cum parvulis rebus quas secum habebat, morti cœlitus erepta est. Puer duodennis retulit mihi tunc super culmen domatis se protinus ascendisse, ibique perniciei discrimen evasisse, patrem vero suum et matrem in inferioribus interiisse.

Eodem anno, præclari principes obierunt. Nam, ut supra dictum est, Rodbertus secundus, dux Normannorum in februo Carduili migravit. Hildefonsus autem

---

(1) On dit encore dans toute la haute Normandie : un mulon de oin.

Arragonum rex in introitu autumni obiit, post bellum Fragense, in quo nobilium baronum Bertranni et Roderici aliorumque procerum occasus contigit.

Tunc Guali Britones a cunctis gentibus quæ sub regis Henrici ditione consistunt, vehementer afflicti sunt, et plurimæ regiones eorum Flandrensibus datæ sunt. A quibus et ipsi in sylvis et latebris ubicumque inventi sunt, absque omni humanitatis respectu quasi canes interfecti sunt. Hoc animosiores eorum intuentes valde indignati sunt, animosque resumentes arma sustulerunt, et, multa pro ultione sui damna facientes, in regem Henricum feraliter surrexerunt (1). Castrum Pagani filii Johannis quod Caus dicitur combusserunt, et omnes utriusque sexus homines quos intus invenerunt immisericorditer obtruncaverunt (2). Omnes,

---

(1) Ce n'était pas la première fois que Henri I[er] faisait une guerre d'extermination aux Gallois. En 1114 : *Henricus rex Anglorum, postquam exercitum in Walloniam duxit, ante festum S. Michaelis mare transiit.*

En 1116 : *Griffinus filius Res, verno tempore, Walloniæ prædam egit et castella incendit, eo quod rex Henricus particulam de terra patris sui ei dare noluit.*

Toutes les fois qu'il en put trouver l'occasion, et elle ne lui manquait jamais, puisque ses vassaux de la frontière faisaient sur les terres du pays de Galles des incursions continuelles, bien souvent suivies de représailles, Henri refoulait ce peuple *apud Ros provinciam Walliarum velut in sentinam, ut et regnum defæcaret et hostium brutam temeritatem retunderet.* Nous pensons que ce passage s'applique au pays qui appartenait à Rhys, roi du South-Wales.

Dans l'une de ces expéditions, Henri n'échappa à la mort que par la protection *fideliter hamatæ thoracis.* « Par la mort de Notre Seigneur, s'écria-t-il, ce n'est pas la flèche d'un Gallois, mais de l'un de mes sujets (*cujusdam provincialis*). » Les Gallois étaient pourtant d'excellents archers.

(2) Nous ne pouvons ni signaler l'emplacement de ce château de *Caus*, ni donner l'équivalent moderne de son nom. Ce qu'il y a de certain, c'est qu'il devait être situé dans le voisinage de cette zone intermédiaire

hoc facinore facto, incolæ cum extraneis condensos, ut lupi, saltus appetierunt, publicamque cædibus et rapinis atque incendiis inimicitiam exercuerunt.

XVII. Anno ab incarnatione Domini MCXXXV, indictione XIII, Innocentius papa maximam synodum apud Picenum tenuit (1), et de utilitatibus ecclesiasticis multum tractavit; sed, infortuniis præpedientibus, omnia pro voto complere nequivit. Hugo Rotomagensis archiepiscopus ipsum summopere adjuvit, et, ab eodem honoratus, primatum super multos pontifices suscepit. Curis itaque apostolicæ servitutis occupatus, curas proprii præsulatus aliquandiu intermisit, et diutius in Ausoniæ partibus demoratus, aliorum negocia solerter expedivit, quod regi vehementer displicuit.

Præterea, post mortem Ricardi Baiocensis episcopi, rex nepoti suo Ricardo præfatæ urbis pontificatum dedit, quem archiepiscopus consecrare, quia nothus erat, satis detrectavit, diuque, donec apostolica sanc-

---

entre les deux pays qui méritait plutôt le nom de *debated land*, que celui de frontière régulière et précise.

Quant à Payen, fils de Jean, nous ne doutons pas que ce ne fût un frère d'Eustache, fils de Jean, mari de Béatrix, fille et héritière d'Ive de Vesci (Vassi), qui avait lui-même épousé Alda, fille et héritière de Guillaume Tyson, seigneur d'Alnwick, capitale du Northumberland. Guillaume, fils d'Eustache et de Béatrix, prit le nom de sa mère, qui fut conservé dans la famille jusqu'à 1297, époque de son extinction.

Il a existé au XIII[e] siècle une famille Fitz-John qui n'a rien de commun avec les personnages dont nous venons de parler.

Eustache fils de Jean fonda en 1147, à Alnwick, le premier prieuré de l'ordre de Prémontré qui ait existé en Angleterre. On trouvera dans le second volume du *Mon. Anglic.*, la charte de fondation, aussi bien que la généalogie de la famille, répétée trois ou quatre fois.

(1) Notre auteur continue de confondre Pise avec le Picenum. Le concile de Pise fut ouvert le 30 mai 1135 et terminé le 6 juin. Voy. Jaffé, page 573.

tione pro regis timore concessum esset, distulit. Tandem, remeantibus legatis cum decretis papæ Baiocensis ecclesia data est Ricardo Rodberti comitis de Gloucestra filio, eademque die Abrincatensis episcopatus commissus est Ricardo de Belfago.

XVIII. Eodem anno, Henricus rex, diris rumoribus de Gualorum factionibus auditis, valde indignatus est, et, prudenter ordinata Normannia, cum electis sagittariis et bellicosa manu transfretare ter conatus est. Verum, contrariis insurgentibus causis, iter ejus impeditum est, nec vivus Angliam videre a Deo, qui omnia mire continet, permissus est. Gener enim ejus Josfredus Andegavensis magnas potentis soceri gazas affectabat, castella Normanniæ poscebat, asserens quod sibi sic ab eodem rege pactum fuerat, quando filiam ejus in conjugem acceperat. Animosus autem sceptriger neminem sibi, dum vitales carperet auras, voluit præficere, vel etiam in domo sua seu regno sibi coæquare, diligenter revolvens divinæ dictum sophiæ, quod nemo potest duobus dominis servire. Inde turgidus adolescens iratus, minis et superbis actibus regem offendit, monita ejus et consilia temere sprevit, et in tantum furorem procaciter excitavit, ut filiam ei suam auferre voluisset et in Angliam secum ducere, si Divinitas hoc decrevisset. Satis enim rex ægre tulit, quod ille generum suum Rozscelinum vicecomitem obsedit, et Bellum Montem penitus concremavit, nec, pro reverentia tam sublimis soceri, genero ejus aliquatenus pepercit (1). Origo igitur maximarum dissen-

(1) Roscelin de Beaumont, seigneur de Beaumont-le-Vicomte et de Montrevault (Maine-et-Loire), fils de Raoul de Beaumont, second du

tionum inter Normanniæ proceres pullulabat. Nam eorum quidam Andegavensi favebant, sed manifestam rebellionem propalare non audebant, quia regem multa expertum metuebant. Ipsum quippe ad arma contra se merito formidabant, quem pro castigatione perenniter vincire reos satis noverant.

Guillelmus tamen Talavacius (1) et Rogerius Toeni-

---

nom, épousa Constance, cinquième fille naturelle de Henri Ier. Les historiens modernes du Maine ont jugé à propos de passer complétement sous silence ce seigneur. Robert du Mont appelle sa femme Mathilde; peut-être cette dame portait-elle deux noms, comme nous avons vu ci-dessus que c'était le cas pour la reine Mathilde d'Écosse.

La mésintelligence entre Henri et son gendre Geoffroi remonte plus haut et empoisonna les dernières années du monarque anglais. Dès 1132, il avait ramené sa fille en Angleterre, et ne la renvoya à son mari qu'en quelque sorte contraint et forcé par la délibération solennelle des seigneurs de sa cour à Northampton, à la Nativité de la Sainte Vierge : *In quo, congregatis omnibus principibus Angliæ, deliberatum est quod filia sua redderetur viro suo, scilicet consuli Andegavensi, eam requirenti.* Le voyage n'eut lieu qu'au Carême de 1133. La princesse était alors fort avancée dans sa grossesse, puisqu'elle accoucha de Henri II, au Mans, le samedi saint 25 mars. Henri la suivit sur le continent le mercredi 2 août, malgré une éclipse annulaire qui eut lieu à midi, à l'occasion de laquelle on chercha inutilement à le détourner de ce voyage.

Les querelles continuèrent entre le beau-père et le gendre jusqu'à la mort de Henri. Il parait même constant que Mathilde prenait plaisir à les envenimer. *Deinde sæpius proponebat redire in Angliam rex Henricus; sed retinebat eum filia ejus imperatrix discordiis variis quæ oriebantur pluribus causis inter regem et consulem Andegavensem, artibus scilicet filiæ suæ, quibus stimulationibus in iram et animi rancorem excitatus est.* On pensa même que ces chagrins domestiques avaient contribué à avancer les jours du roi.

(1) Guillaume Talvas, troisième du nom. Nous avons déjà eu occasion de parler de ce seigneur. Le roi lui avait rendu, en 1119, le comté d'Alençon, mais non Bellême, qui resta réuni aux domaines du comte du Perche.

Guillaume était une des causes de la mésintelligence entre Henri et le

tes (1) præcipue suspecti erant, unde ad curiam regis venire formidabant. Hac de causa rex in Anglia navigare distulit, propriosque milites ad custodiendam munitionem Conchas direxit. Quibus intromissis, oppidum in circuitu bene muratum servavit, juvenemque Rogerium ne rebellaret coercuit. Talavacium vero sæpius ad se accersiit, et venire non audentem, quia mordax illum conscientia terrebat, diutius expectavit. Ad ultimum, post plurimas summonitiones, fundis omnibus dissaisivit. Mense septembri, privatus omni honore suo, Talavacius ad consulem Andegavensem divertit, et, ab eo susceptus, in oppidis quæ de feudo ejus erant Pireto et Mamerz (2) habitavit. Rex autem ab initio augusti usque ad festivitatem Omnium Sanctorum, Sagiensem pagum perlustravit, et Alencionem et Almaniscas aliaque Talavacii castella sibi mancipavit. Aggregata vero multitudine operariorum, fossas Argentomi augmentavit, et oppidum illud, futurorum nescius, summopere munivit, quod paulo post vicinis habitatoribus nimis obfuit.

---

comte et la comtesse d'Anjou, très-mécontents de ce que Henri n'accordait point, à leurs prières, la paix à ce seigneur. Il paraît que le comte et la comtesse étaient d'ailleurs d'un caractère arrogant et fort aigre. Aussi étaient-ils très-peu aimés, comme nous aurons occasion de le voir.

(1) Roger de Toeni, deuxième du nom, fils de Raoul III. Cette famille, par une exception bien rare chez les seigneurs normands, paraît n'avoir pas été d'origine scandinave, mais être sortie d'un personnage franc nommé Hugue de Calvacamp, dont un fils, Raoul, est qualifié de *Potentissimus vir*, et un autre fut archevêque de Rouen au milieu du x[e] siècle. On accuse ce dernier, qui fut en général un prélat très-peu recommandable, d'avoir enlevé à l'Église le domaine de Toeni, pour en doter sa famille. Voyez *Gall. christ.*, t. XI, col. 25.

(2) Perai en Sonnois. — Mamers.

Quinto kalendas novembris, dum festivitas sanctorum apostolorum Simonis et Judæ celebraretur, et matutina synaxis divinæ majestati a devotis vigilanter ageretur, vehemens ventus circa quartam vigiliam noctis surrexit, et tota die usque ad nonam perdurans valde perstrepit, terribiliterque magno cum fragore insonuit, innumerasque domos et basilicas atque turres excelsas discooperuit, arborumque multitudine prostrata, lucos illustravit. His itaque perspectis, corda mortalium territa sunt, et diversas inde sententias prompserunt. Quidam perspicaces sophistæ arcana rerum subtiliter rimati sunt, et, ex præteritis futura caute conjicientes, dixerunt quod ira Dei mundo, culpis exigentibus, immineret, et principes terræ cum subjectis plebibus tanquam arbores sylvarum in brevi prosterneret.

Tunc Ludovicus rex Francorum XXVIII regni sui annum agebat, et exinanitione diarriæ attenuatus ægrotabat (1). Metu igitur mortis, domum suam et quæque habebat disposuit, et præcipuos Gallorum optimates, Tedbaldum Blesensem (2) atque Radulfum Parronensem (3) accersiit, eosque, quia discordes erant, pa-

---

(1) Louis le Gros ne mourut en effet d'une diarrhée que deux ans plus tard, le 1er août 1137, après vingt-neuf ans de règne.

(2) Thibaud, comte de Blois et de Champagne, dit le Grand, frère aîné du roi Étienne. Ce seigneur avait été l'un des ennemis les plus constants et les plus acharnés de Louis le Gros. Il était difficile à celui-ci, ce nous semble, de plus mal placer sa confiance.

(3) Raoul, premier du nom, comte de Vermandois, de Valois, d'Amiens, de Crespi, seigneur de Péronne, sénéchal de France. Celui-ci était, au contraire, un fidèle et vaillant défenseur de la couronne. Sa sœur avait épousé Robert, comte de Meulan, puis l'avait abandonné pour Guillaume II, comte de Surrey.

cificavit. Filio quoque suo Ludovico Floro regnum Galliæ commisit, quem ante triennium regem Remis constituerat, et ab Innocentio papa cum tota synodo XIII archiepiscoporum et CCLXIII episcorum X (1) kalendas novembris coronari fecerat, cum tripudio multitudinis quæ aderat. Desperantibus siquidem de rege archiatris, omnipotens Adonai, qui ter quinos annos Ezechiæ regi ad vitam donavit, ægrotanti Ludovico spatium vitæ prolongavit, et meliorationem transacti status pro correctione vitæ ex insperato contulit.

XIX. Interea, Henricus rex Anglorum VII kalendas decembris in castrum Leonis venit (2), ibique venatores, ut in sylvam sequenti die venatum irent secum, constituit. Sed, interveniente nocte, protinus ægritudinem incurrit, et a feria III (3) usque ad dominicam lethali morbo laboravit. Interea prius capellanis suis reatus suos confessus est (4). Deinde Hugone archiepiscopo

---

(1) Lisez VIII. C'est le nombre que notre auteur a lui-même donné plus haut, p. 27.

(2) Au château de Lions, le lundi 25 novembre.

(3) Le mardi 26 novembre.

(4) Ce fut l'abbé de Reading qui, mandé par lui (il fallait qu'il se trouvât dans le voisinage), lui administra les premiers secours de la religion. Ensuite il envoya chercher l'archevêque de Rouen, qui rendit compte au pape, dans les termes suivants, des moments qu'il venait de passer auprès de lui : *Venimus ad ipsum et cum ipso plenum mœroribus confecimus triduum. Prout ei dicebamus, sua fatebatur peccata, et manu propria pectus suum percutiebat, et malam voluntatem dimittebat. Consilio Dei et nostro et episcoporum emendationem vitæ suæ sæpe observaturum promittebat. Sub ista promissione, pro nostro officio, tertio eum et per triduum absolvimus. Crucem Domini adoravit, corpus et sanguinem Domini devote suscepit, eleemosynam suam disposuit, ita dicendo : « Solvantur debita mea; reddantur liberationes et solidatæ quæ debeo; reliqua indigentibus distribuantur. »*

A la mort de ce prince, il y avait, disent les historiens, dans son tré-

Rotomagensi accersito, de spirituali consilio locutus est. Admonitus, omnes forisfacturas reis indulsit, exulibus reditum et exheredatis avitas hereditates annuit. Roberto autem filio suo, de thesauro quem idem servabat Falesiæ, sexaginta milia libras jussit accipere, famulisque suis atque stipendiariis militibus mercedes et donativa erogare (1). Corpus vero suum Reddingas deferri præcepit, ubi cœnobium cc monachorum in honore sanctæ et individuæ Trinitatis condiderat (2). Denique catholicus rex de servanda pace et tutela pauperum omnes obsecravit, et post confessionem, pœnitentiam et absolutionem a sacerdotibus accepit, oleique sacri unctione delinitus, et sancta eucharistia refectus, Deo se commendavit, sicque kalendis decembris, dominico, incipiente nocte, hominem excessit (3). Affuerunt ibi quinque comites, Rodbertus de Gloucestra, Guillelmus de Guarenna, Rotro de Mauritania, Gualerannus de Mellento et Rodbertus de Legrecestra (4), aliique proceres et tribuni nobilesque oppidani, quos omnes conjuravit Hugo archiepisco-

---

sor de Winchester plus de cent mille livres de deniers : *et ii exquisitissimi. Erant et vasa tam aurea quam argentea, magni ponderis et inæstimabilis precii, et antiquorum regum et Henrici potissimum magnanimitate congesta.*

(1) Notre auteur oublie de dire que ce fut à sa fille qu'il laissa son immense héritage, sans parler de son gendre : *Marito ejus subiratus, quod eum et minis et injuriis aliquantis irritaverit.*

(2) Ceci n'est point parfaitement exact. Le monastère de Reading était comme toutes les églises chrétiennes élevé en l'honneur de la sainte Trinité, mais sous l'invocation particulière de la sainte Vierge et de saint Jean, comme nous l'avons déjà dit.

(3) Dans la soirée du dimanche 1er décembre.

(4) Robert de Cloucester, fils naturel du roi.

Guillaume de Varenne, comte de Surrey, probablement troisième du

pus, cum Audino Ebroicensi episcopo, ne corpus domini sui relinquerent, nisi ex communi consilio; sed omnes illud usque ad mare conducerent honorabili cuneo.

Igitur, feria secunda, de castro Leonis Rotomagum regis soma detulerunt (1), et viginti milia hominum, ne in funereis ei felicitas exequiis deesset, comitati sunt. In metropolitana sanctæ Dei genitricis Mariæ basilica cum ingenti tripudio susceptum est, et a cunctis ordinibus utriusque sexus multarum copia lacrymarum effusa est. Ibi noctu a perito carnifice in archipræsulis conclavi pingue cadaver apertum est, et balsamo suaveolenti conditum est (2). Intestina vero ejus

---

nom, puisque son père Guillaume venait de mourir dans le courant de l'année.

Rotrou II, comte du Perche;

Galeran, comte de Meulan;

Robert le Bossu, comte de Leicester.

(1) *Funus regaliter curatum, proceribus vicissim portantibus, Rothomagum usque delatum est.* Ce voyage dut être long. Il y a cinq à six lieues de Lions à Rouen.

(2) L'embaumement fut au contraire pratiqué de la manière la plus ignorante, la plus grossière et la moins efficace. Nous demandons à nos lecteurs la permission de leur en citer les détails, quelque repoussants qu'ils soient, parce qu'il est d'un grand intérêt de les mettre en regard des procédés perfectionnés qui furent employés plus tard pour le cœur de saint Louis, et même à soixante-quatre ans seulement de là pour celui du roi Richard et qui venaient visiblement de l'Orient avec les aromates inappréciables qu'on y fit servir.

Corpus autem regis Henrici adhuc insepultum erat in Normannia, nam ipse prima die decembris obierat. Cujus corpus allatum est Rothomagum. Et ibi viscera ejus et cerebrum et oculi consepulta sunt. Reliquum autem corpus, cultellis circumquaque dissecatum et sic multo sale aspersum, coriis taurinis reconditum est et consutum, causa fœtoris evitandi; qui multus et infinitus iam circumstantes inficiebat. Unde et ipse qui, magno pretio conductus, securi

Ermentrudis ad villam in vase delata sunt, et in ecclesia sanctæ Mariæ de Prato (1), quam mater ejus inchoaverat, sed ipse perfecerat, reposita sunt.

Deinde, provido consultu sapientum, Guillelmo de Guarenna (2) Rotomagus et Caletensis regio commissa est, quæ utiliter aliquandiu ab eo protecta est. Guillelmus de Rolmara et Hugo de Gornaco (3) aliique marchisi ad tutandos patriæ fines directi sunt. Rodbertus vero de sigillo, cum aliis quibusdam clericis, et Rodbertus de Ver ac Johannes Algaso (4) aliique

---

caput ejus diffiderat, ut fætidissimum cerebrum extraheret, quamvis linteaminibus caput suum obvolvisset, mortuus tamen ea causa, pretio male gavisus est. Hic est ultimus e multis quos rex Henricus occidit.

Inde vero corpus regium Cadomum sui deportaverunt, ubi, dum diu in ecclesia [esset] positum, in qua pater ejus sepultus fuerat, quamvis multo sale repletum esset et multis coriis reconditum, tamen continuo ex corpore niger humor et horribilis, coria pertransiens, decurrebat, et, vasis subpositis sub feretro, a ministris horrore fatiscentibus abjiciebatur.

Au reste, l'embaumement du roi Baudouin en 1118, quoique opéré en Orient même, mais à la vérité dans le désert, ne porte pas, au moins dans les prescriptions du monarque mourant, un caractère beaucoup plus parfait; c'est toujours le sel qui en est la base.

(1) N.-D. de Bonne-Nouvelle.

(2) Guillaume III de Varenne, comte de Surrey, dont nous venons de parler.

(3) Guillaume de Roumare, deuxième du nom, mentionné ci-dessus. Hugue III de Gournai.

(4) Ces personnages étaient les membres de la chancellerie royale : le chancelier Robert, nommé ici *de sigillo*, parce qu'il portait suspendu à son cou le sceau du feu roi; Robert de Ver, fils d'Albéric de Ver, premier du nom, ou de Guillaume de Ver, par conséquent frère ou cousin germain d'Albéric de Ver, deuxième du nom (on croit que cette famille est originaire de Ver, arrondissement de Coutances); Jean Algason, frère de Guigan Algason, vicomte d'Exmes. — Cette fois on prit la route de terre par Pontaudemer et Bonneville-sur-Touque. L'enterrement définitif à Reading n'eut lieu que le 6 janvier 1136.

Voici le portrait que Guillaume de Malmesbury nous trace de Henri I :

milites de Anglia et satellites ac ministri regis conglobati sunt, et per Pontem Aldemari atque Bonam Villam feretrum regis Cadomum perduxerunt, ibique diu, fere quatuor hebdomadibus, prosperum flamen ad navigandum præstolati sunt. Interea cadaver regis in choro sancti protomartyris Stephani servatum est, donec post Natale Domini, missis illuc monachis, impositum navi et transvectum est, atque a successore regni et episcopis ac principibus terræ in Radingiensi basilica honorifice sepultum est.

Ecce veraciter descripto qualiter obierit gloriosus pater patriæ. Nunc dactilicis versibus breviter pangam contumacis ærumnas Normanniæ, quas misera mater miserabiliter passa est a viperea sobole. Quæ nimirum, mox ut rigidi principis cognovit occasum, in Adventus Domini prima hebdomade, in ipsa die, ut rapaces lupi, ad prædas et nefandas depopulationes cucurrit avidissime.

Sceptriger invictus, sapiens dux, inclytus heros,
Qui fovit populos justo moderamine multos,
Proh dolor! occubuit; dolor hinc oritur generalis
Publica Normannis clades simul instat et Anglis.
Divitiis et justitia, sensu, probitate,

Statura minimos supergrediens, a maximis vincebatur, crine nigro et juxta frontem profuso, oculis dulce serenis, thoroso pectore, carnoso corpore, facetiarum pro tempore plenus, nec pro mole negotiorum, cum se communioni dedisset, minus jocundus....; cibis indifferenter utens, magisque explens esuriem quam multis obsoniis urgens ingluviem, potui nunquam præter sitim indulgens, continentiæ minimum excessum cum in suis tum in omnibus execrans; somnii gravis et quem frequens roncatio interrumperet; facultatis in dicendo magis fortuitæ quam elaboratæ, non præcipitis, sed maturæ.

C'est peut-être encore la longueur de son bras qui sert d'étalon pour les mesures de longueur en Angleterre : *Mercatorum falsam ulnam castigavit, brachii sui mensura adhibita omnibusque per Angliam proposita.*

Strenuitas ejus manifesta refulsit ubique.
Nullus eo melior princeps dominatur in orbe.
Tempore quo nimium scelus in toto furit orbe,
Ut reor, e cunctis fuit is melioribus unus.
Hoc attestantur speciales illius actus.
Ecclesiæ tutor pacisque serenus amator
Vivat in æternum cum Christo, rege polorum! Amen.
Occidit Henricus rex prima luce decembris;
Lugubris incumbit patriæ contritio membris.
Tollere quisque cupit jam passim res alienas.
Rebus in injustis en quisque relaxat habenas.
Ecce gehennales furiæ mortalibus instant:
Arma parant, ad bella vocant, et spicula donant.
Normanni furtis insistunt atque rapinis;
Mutuo jam sese perimunt capiuntque ligantque;
Incendunt ædes et in illis quicquid habetur;
Non parcunt monachis, mulieres non reverentur.
Femina clara gemit rabie spoliata latronum;
Tegmina jus non servat ei generale Quiritum.
Cæditur imberbis, puero fur non miseretur.
Hæc Romana phalanx, licet ethnica, non operatur.
Luce patet clara quod eis pax extat amara;
Quam mox spreverunt, ut regem fata tulerunt.
Pro nece patritii fures lætantur iniqui;
Prædones avidi discurrunt ad mala prompti.
Jamque putant quod nullus eos herus amodo jure
Arceat; e contra refero, falluntur in hac re.
Æternum regis jus permanet omnipotentis,
Ecclesiæque bonum dabit ipse repente patronum.
Principe sublato, monachorum supplicat ordo,
Fletibus ad veniam scelerum flectendo sophiam.
Summe Deus, cohibe ne possint sæva patrare,
Ceu cupiunt rabidi famulantes perniciei.
Ecce furit rabies, vocat et trahit ad scelus omnes.
Comprime ne valeant actu complere quod optant.
Christe ducem præbe, qui pacem justitiamque
Diligat ac teneat, populumque tuum tibi ducat.
Justitiæ virga turgentum percute dorsa,
Ut secura tibi tua plebs possit famulari. Semper Amen.

XX. Stephanus Boloniensis comes, audita morte

avunculi sui (1), protinus transfretavit, et, a Guillelmo Cantuariensi archiepiscopo aliisque præsulibus

---

(1) Ce seigneur était probablement à Boulogne lorsqu'il apprit la mort de son oncle. Les circonstances de son passage en Angleterre furent de sinistre augure :

Constat sane, illo die quo Stephanus appulsus est Angliam, summo mane contra naturam hyemis in regionibus nostris terricrepum sonum tonitrui cum horrendo fulgure fuisse, ut paulo minus mundus solvi æstimaretur.

Le couronnement d'Étienne n'eut point lieu le 15, mais le 26 décembre, jour de la fête de son patron (d'autres disent le dimanche 22 janvier), par les mains de l'archevêque Guillaume de Corbeil, qui y apporta beaucoup de maladresse et laissa tomber à terre l'hostie consacrée. Peut-être ce trouble tenait-il à la conscience de son parjure. Tous ceux qui y prirent part s'y parjurèrent à l'envi, à commencer par l'archevêque, à qui on prédit qu'il mourrait dans l'année en punition de cette trahison, comme cela arriva en effet Il faut savoir que le roi Henri avait fait prêter serment de fidélité à sa fille Mathilde après lui, par tous les grands de sa cour, au moins deux fois. L'un de ces serments dut être prêté à l'assemblée de Northampton avant le départ de la princesse pour aller accoucher au Mans. L'autre remontait, à ce que nous pensons, à une époque antérieure au second mariage de Mathilde, c'est-à-dire probablement à l'hiver ou au premier printemps de 1127. Celui-là fut très-solennel. L'archevêque Raoul de Corbeil fut le premier des ecclésiastiques à prendre cet engagement, puis après lui tous les évêques et les abbés. Ensuite vinrent le roi d'Écosse, Étienne, comte de Mortain, et le comte de Gloucester. Il y eut grande discussion entre ces derniers pour savoir qui jurerait le premier. Il paraît qu'il y eut un troisième serment après la naissance du prince Henri. Mais, dès le mariage de la princesse, plusieurs des grands qui avaient prêté le premier, et, entre autres, Roger, évêque de Salisbury, se prétendirent déliés de leur obligation, parce que le roi avait marié sa fille à un étranger sans les consulter.

Nous avons déjà dit que Geoffroi et Mathilde n'étaient point populaires en Angleterre. Nous voyons, par la suite du paragraphe, qu'ils ne ne l'étaient pas plus en Normandie, où le comte Thibaud, frère aîné d'Étienne, se présenta pour recueillir le duché, n'ayant d'autre titre que d'être le neveu du feu roi. Ce seigneur ayant été repoussé par suite des nouvelles arrivées d'outre-mer, cette province resta sans gouvernement. On a peine à concevoir que Mathilde et son mari n'aient trouvé personne

et principibus terræ susceptus, regale fastigium ascendit, et, XVIII kalendas januarii coronatus, rex quartus de stirpe Normannorum regnavit. Normanni autem, Tedbaldum fratrem ejus apud Novum Burgum convenientes, sibi præferre voluerunt; sed in ipso conventu a quodam monacho, qui Stephani legatus erat, audierunt quod omnes Angli Stephanum suscepissent, eique obedire eumque sibi regem præficere vellent. Mox omnes, annuente Tedbaldo, decreverunt uni domino militare, propter honores quos in utraque barones possidebant regione. Tedbaldus igitur, cum major natu esset, indignatus quod regnum non habuerit, ad magna negocia quæ in Galliis eum urgebant festinavit, et Normanniam diutius conculcari negligenter permisit. Rege vero nihilominus in Anglia occupato, rectore Normannia caruit.

XXI. In prima decembris septimana, Josfredus Andegavensis, ut mortem Henrici regis comperit, Mathildam uxorem suam mox in Normanniam præmisit (1), quam Guigan Algaso, vir infimi quidem generis, sed magnæ potestatis, ut naturalem dominam suscepit, eique Argentomum et Oximos et Danfrontem aliaque

---

pour faire valoir leurs droits. Il semble que le pays tout entier ait été frappé de stupeur.

En Angleterre, Étienne imita son oncle et commença par aller à Winchester s'assurer du trésor. Il en gagna facilement les deux gardiens : Roger, évêque de Salisbury, et Guillaume du Pont-de-l'Arche. Les habitants de Londres et de Winchester se déclarèrent immédiatement pour lui ; mais son principal appui fut son frère Henri de Blois, évêque de Winchester et légat du saint-siége, qui lui procura l'appui du clergé.

(1) Nous avons encore peine à comprendre que Geoffroi ne soit pas venu lui-même soutenir immédiatement les droits de sa femme. Il fallait qu'il comptât bien peu sur les sympathies des habitants.

quibus ut vicecomes (1) jubente rege præerat, oppida subegit. Deinde comes, cum Guillelmo Talavacio Pontivi comite et Andegavensibus catervis atque Cenomannicis secutus est, et a Sagiensibus aliisque castellanis qui de feudo Talavacii erant susceptus est. Exercitus autem ejus, per circumjacentem provinciam diffusus, crudelia peregit, ecclesias et cimeteria violavit, hospites suos injuriis contristavit, et eosdem a quibus benigniter tractati fuerant, pluribus damnis et læsuris afflixit. Porro Normanni, quibus genuina ferocitas et audacia insunt, ut nequitiam hospitum in se grassari male senserunt, arma furoris et ipsi nihilominus exercuerunt, et per vicos atque saltus fugientes persecuti sunt, ac, ut fama vulgi refert, plus quam DCC[tos] igne seu ferro trucidaverunt. Residui vero, cruentis Normannorum nisibus territi, cum dedecore fugientes, sua repetierunt, et, acutis eorum mucronibus aspere castigati, eosdem ultra experiri tunc non apposuerunt. Rodbertus etiam de Sabloilo, filius Lisiardi (2), aliique proceres contra Josfredum consulem rebellaverunt, et intestinis eum guerris detinentes, in Neustriam remeare non permiserunt.

Ast Normannia, licet ab exteris non inquietaretur, pacis tamen securitate nequaquam fruebatur, quoniam a filiis suis nequiter vexabatur, et indesinentem angustiam ventris quasi parturiens patiebatur. Norman-

---

(1) Ce vicomte d'Exmes était un bien petit appui auprès de la noblesse et du clergé normands.

(2) Robert de Sablé, seigneur de Gacé, fils de Lisiard de Sablé, arrière-petit-fils de Salomon de Sablé et d'Adélaïde Giroie. Voyez ci-dessus, t. II, p. 30. Voyez aussi sur cette première famille de Sablé l'Histoire de Sablé par Ménage, p. 9 et suivantes.

nica gens, si secundum legem Dei viveret et sub bono principe unanimis esset, Chaldæis sub Nabuchodonosor, et Persis ac Medis sub Cyro et Dario, et Macedonibus sub Alexandro par invincibilis esset, ut in Anglia et Apulia Syriaque frequens victoria testimonium illi perhibet. Ceterum, quia discordia ipsos ab invicem segregat et in sua viscera lethaliter armat, exterorum victores, a sese superantur, et vicinis hostibus cum ludibrio spectantibus mutuis ictibus immisericorditer jugulantur; unde suæ matris oculi crebro lacrymantur.

XXII. Anno ab incarnatione Domini MCXXXVI, indictione XIV, Stephanus rex Anglorum, dum remoraretur in Neustriam transfretare, et ipsa provincia patrono careret ac principe, ortæ sunt simultates inter inquietos optimates Normanniæ, nimiæque per filios iniquitatis creverunt maliciæ.

In initio quadragesimæ, Eustachius de Britolio apud Paceium mortuus est, et Guillelmus, filius ejus, post Pascha Britolii honorem ferro et flamma calumniatus est.

Tunc Stephanus rex filiam suam biennem (1) Gualeranno comiti de Mellento in cunabulis dedit. Comes autem post Pascha mox in Normanniam rediit. Nimia vero guerra inter Rogerium de Toeneio (2) et Rodber-

(1) Quelques auteurs ont pris cet adjectif pour un nom propre, et ont appelé Bienne la jeune princesse. C'était probablement Marie de Blois, d'abord abbesse de Ramsey (Huntingdonshire), puis tirée du cloître pour être mariée à Mathieu de Flandre, troisième fils de Thierri d'Alsace, comte de Flandre. Elle rentra dans le cloître en 1169, et y mourut en 1182. Galeran épousa plus tard Agnès de Montfort, dame de Gournai-sur-Marne.

(2) Roger de Toeni, deuxième du nom, dont nous venons de parler

tum comitem de Legrecestra graviter agitabatur, et ingens totius patriæ desolatio miserabiliter oriebatur. Inter Rogationes et Pentecosten Rogerius munitionem regis in Valle Rodolii furtim introivit, sed post tres dies Gualerannus comes cum communi virtute Rotomagensium illuc irruit, et municipium dominio regis restituit. Deinde, feria secunda post Pencosten, Achinneium cum valida manu invasit, totumque municipium combussit. In crastinum nihilominus super eum Rogerius irruit, et tres villas ejus subito concremavit (1). Hæc et multa his similia Normanni agebant, seseque propriis dentibus, ut in Apocalypsi de bestia typice legitur, commanducabant.

A Natale Domini usque ad octabas Pentecosten, pro absentia regis, qui trans pontum multimodis regni curis occupatus erat, Tedbaltus comes a comite Andegavorum trevias acceperat, et interim regis adventum Normannica phalanx avide adtendebat. Finito autem termino treviarum, omnis plebs attonita erat, et, rectore viduata, quid ageret ignorabat. Nam malivoli fures desiderabant illum diem videre, quo res alienas libere possent furari seu rapere. Inermes vero et benigni ac simplices admodum metuebant, quod rapaces filii Belial absque Dei timore optabant.

---

ci-dessus, p. 47.—Robert, comte de Leicester, dit le Bossu, seigneur de Breteuil, frère du comte Galeran.

(1) L'expédition de Roger contre le Vaudreuil partait visiblement de ce même château d'Acquigni, contre lequel le comte Galeran exerça de si terribles représailles le 11 mai 1136. C'est la première fois que notre auteur nous signale une expédition de la bourgeoisie de Rouen hors de son territoire. Nous supposons que les trois domaines de ce seigneur, saccagés par voie de représailles, étaient la Croix-Saint-Leufroi, Cailli et Écardauville-sur-Eure.

XXIII. Rodbertus cognomento Boetus, quidam famosus sagittarius, Richerio Aquilensi adhærebat, et multos nebulones indomitosque garciones ad strages hominum et latrocinia quotidie peragenda sibi asciscebat; qui quanto sagittandi peritia major, tanto in nequitiis erat detestabilior. Hic septimanam Pentecostes, quam septiformi gratia discipulis Christi data sanctus illustravit Spiritus, temere violavit nefariis actibus, et, futuri nescius, inhiabat pejoribus. Nam, sicut boni flamma Spiritus parachiti ad amorem Dei et proximi salubriter accendebantur, sic mali, dæmonico spiritu debacchantes, ad omne nefas rapiebantur. Igitur xv kalendas junii (1) prædones ut lupi ad prædam cucurrerunt, et non bellicosorum rura militum invaserunt, sed armenta per agros cucullatorum quiete pascentia protinus abducere conati sunt. Verum, sicut ipsi veloces ad effundendum sanguinem fuerunt, sic justo Dei judicio contritionem et infelicitatem in viis suis repente invenerunt. Apud Uticum xxx latrunculi prædam simplicis populi diripuerunt, sed, orto clamore pastorum, burgenses irruerunt, et xii ceperunt, ex quibus vii ad unam quercum suspenderunt. Ibi Rodbertus Boatus cum vi complicibus suis impetu ferventis populi sublimatus est, talique triumpho pro facinoribus suis illico potitus est. Ecce qui septem sacratos dies Pentecostes contaminare non reveriti sunt, sævaque temeritate rapinis et homicidiis inermes proximos conculcare nimis exarserunt, sic eodem numero, sequenti feria secunda, simul suspendio pe-

---

(1) Le 18 mai 1136 tomba le lundi qui suivit l'octave de la Pentecôte.

rierunt. Quod Aquilenses ut ipso die audierunt, pro ultione sociorum cum nimio furore conglobati sunt, subitoque Uticum convolarunt, ac ex improviso burgum Sancti Ebrulfi succenderunt, ibique LXXXIV domus in puncto temporis in cineres conversæ sunt. Monachi flentes campanas pulsabant, psalmos et letanias in basilica cantabant, quia monasterii excidium mox instare sui formidabant. Alii, obviam militibus egressi, supplicabant, cum lacrymis sese de punitione reorum excusabant, et humilibus verbis obsecrabant, rectitudinem quoque et satisfactionem pro reatu legitimam offerebant. At illi ut amentes furebant, excæcati furore in monachos fremebant, et nihil sanæ rationis intendebant, imo quidam eorum religiosos Dei servos de caballis dejectos lædere volebant. Tandem, absque Dei reverentia, in villam assultum fecerunt, et violenter ingressi spolia rapuerunt, et habitacula, ut dictum est, penitus intra portas concremaverunt. Hujuscemodi militia vindicibus latronum merito in opprobrium conversa est, quæ contra innocentes monachos et eorum homines armata est, et pessimos plagiarios, qui omne nefas perpetrare satagebant, ulta est. Richerius, monachorum filiolus, talem famulatum patrinis (1) suis exhibuit, et sic pro anima Boati famosi furis et homicidæ aliorumque impostorum oravit, et hujusmodi oblationem ecclesiæ in qua idem baptizatus fuerat obtulit. Baldricus quoque Aquilensis presbyter ad facinus parrochianos execrabile præivit, in hospitium alterius sacerdotis primus ignem immisit, et sic prævius per præceps in baratrum suos secum

(1) Ses parrains.

Ea tempestate, Gualerannus et Rodbertus comites auxilium a Tedbaldo comite petierunt, ipsumque, datis centum marcis argenti, contra Rogerium de Toeneio conduxerunt (1). In terram vero ejus in natale sancti Barnabæ apostoli (2) cum enormi multitudine irruerunt, et multorum tuguria pauperum in tribus villis combusserunt. Tandem super Bulgeium, quemdam grandem vicum, irruerunt, et, instinctu comitis Legrecestræ, vicinis in penatibus ignem immiserunt, et pulcherrimam ædem sanctæ Mariæ Magdalenæ cum viris et mulieribus incenderunt (3).

Ipso die, Richerius Aquilensis et Alveredus Vernoliensis, dum ante Novas Ferrarias cum suis transirent, a Rodberto de Belismo et Malis Vicinis aliisque militibus Gallis qui Rogerium adjuvabant fortiter impetiti et fugati sunt, et, multis ex eorum sodalibus captis vel interfectis, vix evaserunt (4).

---

cité dans une charte de Henri I[er] comme ayant donné à l'abbaye de Lire, *unum hospitem liberum apud Canbrest* (Chambrais, aujourd'hui Broglie). Ce devait être le petit-fils de Henri de Ferrières, souscripteur de la charte de l'abbaye aux Dames de Caen, sous la date de 1082, et de celle de Saint-Étienne, voisine de 1077. Voy. *Gall. christ.*, t. XI, *instr.*, col. 68 et 72.

(1) On retrouve ici toute la haine héréditaire que les deux familles se portaient mutuellement depuis un siècle.

(2) Le 11 juin 1136.

(3) Bougi-sur-Risle, dont l'église est en effet dédiée à Sainte-Madeleine.

(4) Ce passage est l'un des plus obscurs que nous ayons rencontrés dans tout notre texte. Nous ne connaissons point ce Robert de Bellême, qui y figure; nous verrons plus loin qu'il portait le surnom de Poard. Roger de Toeni avait soudoyé les Mauvoisins, c'est-à-dire les vassaux de Mauvoisin, seigneur de Boissi-Mauvoisin et autres fiefs des environs de Maute, pour les opposer aux soldats du comte Thibaud. — Maintenant, quelles étaient ces Nouvelles Ferrières, où ils rencontrèrent Richar de

XXIV. Post Pentecosten, Stephanus rex ad transfretandum classem suam preparavit; eoque prosperum flamen prope portum expectante, nuncius venit a quo Rogerium Salesburiæ præsulem (1), cui totius Albionis tutela jam dudum ab avunculo suo et postmodum ab ipso commissa fuerat, mortuum esse audivit. Unde, intermissa navigatione, Salesburiam reversus est, et, episcopo sospite reperto, ab itinere suo usque in quadragesimam frustra retardatus est.

Interea Gislebertus de Clara (2) in Oximos expeditionem fecit, et novum burgum, quem rex Henricus nuper auxerat, cum ecclesia sanctæ Dei genitricis combussit. Veteri quoque burgo ut concremaret acriter institit (3); sed, Talavacio comite cum aliis militibus subito irruente, victus cum difficultate aufugit. Ibi Henricus de Ferrariis (4) captus est, et ingens hominum qui regi favebant captura sive cædes facta est.

---

(1) Ce personnage, très-ancien serviteur de Henri, dont il était le chancelier avant même que ce prince arrivât sur le trône, avait été, comme nous l'avons dit, le premier à annoncer qu'il ne se ferait aucun scrupule de violer le serment de fidélité qu'il venait de prêter à la fille de son seigneur. Nous verrons bientôt à quel point il eut à se repentir de son parjure.

(2) Gislebert de Clare, beau-frère du comte Galeran, et deux ans plus tard comte de Pembroke. Nous verrons bientôt au Sap son frère Gautier. Gislebert venait probablement de Bienfaite, chef-lieu des propriétés de cette branche de la famille dans ce quartier.

(3) Le Bourgneuf, petit faubourg d'Exmes, situé au levant et agrandi par Henri I^{er}. L'église Notre-Dame était dans l'emplacement qui a été occupé depuis par un prieuré de bénédictines. Le vieux bourg signifie ici le corps de la place.

(4) Henri de Ferrières Saint-Hilaire, près Bernai, probablement fils de Guillaume de Ferrières, que nous avons vu l'un des plus fidèles serviteurs du duc Robert, au moment de la bataille de Tinchebrai. Henri est

Ebroicensis ecclesiæ archidiaconus, dum de Paceio remearet, a filiis Simonis Harengi impetitus, vix evasit. Ipse quidem, ad quamdam basilicam fugiens, salvatus est, sed famulus et comes itineris ejus, qui suo pro domino repugnabat, occisus est (1).

XXV. Hic tumultuosus annus vere bissextilis fuit, et tunc ultimus in ordine concurrentium bissextus cucurrit, ac, ut vulgo dicitur, bissextus super regem et populum ejus in Normannia et Anglia cecidit.

Tertia septimana septembris, repentino Rotomagus igne combusta est, et ingens damnum fidelibus populis divino judicio illatum est. Nobile cœnobium sancti Audoeni flammis edacibus, proh dolor! absumptum est, quod vix ad perfectum per LXXX annos multorum labore perductum est. Pari quoque infortunio, monasterium sanctimonialium desolatum est, quod in honore sancti Amandi episcopi et confessoris constructum est (2).

---

(1) Nous pensons qu'il s'agit ici de la famille Hareng de Gauville, quoique cette commune soit de l'autre côté d'Évreux. Le nom de Simon se rencontre souvent dans cette famille. On le retrouve en 1245 et en 1318. Le Simon de 1245 fut excommunié par le chapitre d'Évreux, parce que lui et ses vassaux *amputaverunt le chaable* (câble), *de quo granchia* (*capituli*) *debuit levari*. Une partie de la famille Hareng habitait Pont-Audemer et se trouve souvent mentionnée dans le Cartulaire de Préaux. On y voit Roger Hareng d'Évreux appelé comme témoin d'une donation des Hareng de Pont-Audemer. Parmi les vassaux de l'évêché de Bayeux cités dans l'enquête faite par le comte de Gloucester, en 1133, il y a « Rogerius Harenc de Feraria » (La Ferrière Hareng). La chapelle Hareng et La Harengère ont encore emprunté ce nom à des familles qui les ont possédées.— La chapelle où l'archidiacre se réfugia doit être celle de Sainte-Geneviève, au nord de la route.

(2) *Anno* M° C° XXX° VI° *exoritur ignis ab ingressu pontis Rotomagensis usque ad portam Belvacensem, comburens totum vicum, pertransiensque pra-*

XXVI. Deinde, sequenti dominico, XI kalendas (1) octobris, Josfredus Andegavensis comes Sartam fluvium pertransivit, et cum ingenti multitudine armatorum Normanniam intravit. Habebat enim secum Guillelmum Pictavensium ducem, et Josfredum Vindocinensem, Guillelmum quoque juvenem Guillelmi Nivernensis consulis filium (2), et Guillelmum Pontivi comitem cognomento Talavacium. Hi nimirum aliique plures tribuni ac centuriones cum viribus suis Andegavensibus associati sunt, et in Normannos per omne nefas, seu pro favore principis, sive pro cupiditate prædæ, irruerunt. Unde omnes ab eisdem quibus impudenter nocuerunt hostili odio Hilibecci despective cognominati sunt (3).

In primis, comes Quadrugias oppidum obsedit, et

---

tum Sancti Martini (Saint-Martin du Pont), *damnum non intulit; sed, verso vehementi vento repercussus, per Amandi et Audoeni templa grassans, utramque ædem funditus cremavit.* (*Chron. Rotom.*) De Saint-Ouen à Saint-Amand, il fallut que le feu franchit le mur de la ville, comme il l'avait déjà fait à la porte Beauvoisine, située alors un peu en deçà du carrefour de la Crosse.

(1) Encore une inexactitude. En 1136, le XI des calendes d'octobre (21 septembre) n'était point un dimanche, mais un lundi. Nous pensons qu'il faut lire XII° au lieu de XI°.

(2) Guillaume, huitième du nom, comme comte de Poitiers; dixième comme duc d'Aquitaine (1127-9 avril 1137).

Geoffroi de Vendôme, second fils de Geoffroi III, dit Grisegonnelle, et de Mahaud de Châteaudun.

Probablement Guillaume III de Nevers, qui succéda à son père Guillaume II, en 1147.

(3) Il nous est impossible, comme à tous ceux qui nous ont précédé, de donner une explication satisfaisante de ce sobriquet, emprunté probablement à des expressions populaires dont il ne sera pas resté de vestiges dans la langue écrite. Au lieu de *Hilibecci*, le manuscrit portait primitivement *Guiribecci*. Cette dernière leçon se retrouvera plus bas.

arcem quam Gualterius miles tenebat in triduo expugnavit; sed eandem, paulo post, idem oppidanus, adversariis abeuntibus, recuperavit (1). Scoceium (2) incolæ concremaverunt, et relinquentes aufugerunt, et hostibus pedetentim properantibus fumum et favillas dimiserunt. Municipes de Asnebec fœdus in annum pepigerunt. Rodbertus enim de Novo Burgo, præfati castri dominus, Josfredo comiti notus fuerat, et per Amalricum comitem jam dudum amicitia et familiaritate inhæserat (3).

Andegavenses arcem de Mosterolo (4) adierunt, et bis in illam assultum fecerunt; sed, fortiter his qui intus erant repugnantibus, nihil nisi vulnera lucrati sunt, plurimisque suorum interfectis, recesserunt. Ricardus enim cognomento Bassetus, cujus in Anglia vivente Henrico rege potentia, utpote capitalis justitiarii, magna fuerat, in parvo feudo, quod parentum successivo jure in Normannia obtinuerat, Anglica tumens opulentia, super pares compatriotas sese magni-

---

(1) Carrouges. Nous ne répéterons pas ici ce que nous avons dit de ce lieu dans notre histoire de Saint-Martin du Tilleul. Le premier seigneur que nous en connaissions est Roger de Carrouges, contemporain de Henri II. Nous sommes porté à croire que Gautier était commandant de cette place pour le souverain, et qu'elle n'avait pas encore passé à l'état de propriété féodale.

(2) Écouché, propriété des seigneurs de Gournai, auxquels elle était arrivée par Basilie Flaitel, comme part de la succession de Raoul Tête d'Ane, seigneur de Gacé, son premier mari, mort sans enfants.

(3) Cette terre provenait aux seigneurs du Neubourg de leur part dans l'immense héritage de Roger de Beaumont. Henri de Warwick, père de Robert, avait confirmé la donation faite à Saint-Wandrille, par Roger de Beaumont, des églises d'Asnebec, Ranes et Faverolles.

(4) Montreuil au Houlme.

tudine operum extollere affectaverat (1). Firmissimam ergo ex quadris lapidibus turrim apud Mosterolum construxit; sed, defuncto rege, Guillelmus de Monte Pincionis (2) in illam mox introivit, armis eam et hominibus munivit, furentesque Guiribeccos, ut dictum est, viriliter repulit. Inde illi castrum quod Monasterium Huberti dicitur expetierunt, victoque Paganello municipe, qui multa in illo nequiter anno perpetraverat, municipium obtinuerunt, et prædictum cum xxx militibus oppidanum per ingentis pecuniæ redemptionem graviter coercuerunt (3).

Deinde, dum festum sancti Michaelis archangeli celebraretur, hostilis exercitus Luxovium obsidere molitur. Verum, illis tunc festinantibus, Gualerannus comes de Mellento aliique Normannorum proceres qui ibidem erant cum multis militibus Alannum de Dinan (4) cum audacissimis defensoribus ad tutandam urbem constituerunt, et ipsi, ut liberius obsessis subsidium de foris conferrent, egressi sunt, et exitum rei meticulosi de longe expectaverunt. Britones autem

---

(1) Ce passage très important nous prouve que Montreuil au Houlme était le berceau de la famille Basset, qui joua un si grand rôle en Angleterre, sous Henri Ier. Ce grand justicier du royaume avait épousé Mathilde Ridel, petite-fille du comte Hugue de Chester, dont le père fut noyé dans le naufrage de la *Blanche-Nef*.

(2) Montpinçon, près Livarot. Notre auteur a oublié de mentionner qu'en passant par Argentan, le comte d'Anjou en donna le commandement à Enjuger de Bohon, et celui de Domfront à Alexandre.

(3) Nous pensons que c'était Guillaume Painel, fils aîné de Raoul Painel, shériff du Yorkshire, les Moutiers Hubert ayant toujours appartenu à la branche aînée de la famille, dont nous ne doutons pas qu'ils n'aient été le berceau.

(4) C'était l'un des chefs des Bretons soudoyés par Henri Ier.

aliique qui munitionem tueri debuerunt, visa procul hostium multitudine, timuerunt, et obviam illis procedere seu comminus præliari diffisi sunt. Ignem ergo injecerunt, et commissam urbem incenderunt, et sic hostes excidio sui, ne pejora contingerent, anticipaverunt. Hostes autem, ut appropiaverunt et ardentem cum multis divitiis urbem viderunt, vehementer irati doluerunt, quia prædarum spe penitus frustrati sunt, et pro ambitione manubiarum quæ flammis deperibant luxerunt. Animositatem itaque Normannorum gementes compererunt, acerbitatem quoque impacabilis eorum malivolentiæ admirati sunt, quos videbant malle suas opes conflagratione deperire, quam externæ dominationis jugo sua colla salvis opibus mancipare.

Porro, propter vehementissimum ignem, ad munitionem accedere vel assultum aliquo modo ingerere non potuerunt. Unde, regiratis equis, statim ad Sappum (1) reversi sunt, et oppidum illud medullitus expugnare nisi sunt. Arbor procera quæ abies dicitur

---

(1) Ce lieu, situé dans le canton de Vimoutier, est appelé, dans la grande charte de Robert de Leicester, *le Sap de La Ferrière*. Son nom ne vient point des langues du Nord, comme on pourrait le supposer, mais bien du latin où *sapinus* signifiait dans l'origine une bille, un tronc équarri d'arbre résineux. On dit encore en Normandie : du bois de sap ; du sap du Nord ; une sapaie. Il est digne de remarque que les noms de lieu empruntés à ce mot ne se trouvent qu'en Normandie. Il semblerait, d'après les détails donnés ici, que le Sap eût été d'une origine toute récente. Cependant nous avons vu ci-dessus, t. II, p. 24, qu'il existait déja un siècle auparavant. Son surnom de La Ferrière lui vient de la grande quantité de minerai de fer qui y a été exploitée jadis sur place, au moyen de forges à bras, et dont on trouve encore des scories sur un grand nombre de points de son territoire.

prope ecclesiam sancti Petri apostoli antiquitus stabat, pro qua vulgaris locutio villam Sappum nuncupare solebat, quod vocabulum usque hodie burgo seu castello perseverat. Illuc Andegavenses, Luxovio remeantes, ex insperato accesserunt, et incolas contra se audacter egressos ferociterque sævientes persenserunt. Quibus acriter certantibus, flammæ ab utrisque, ab indigenis videlicet ac extraneis, in ædibus immissæ sunt. Unde vires oppidanorum protinus exinanitæ sunt. Tunc ibi ecclesia sancti Petri apostoli cum tota villa concremata est, et, multis ibidem qui resistere conabantur vulneratis, conquassata turris capta est. Ipsam nimirum Gualterius de Clara et Radulfus de Coldun sororius ejus (1) tenuerunt, et in adversarios cum xxx militibus aliquandiu repugnaverunt; sed nimia vi contrariæ phalangis oppressi defecerunt, et exhaustis viribus in arce capti sunt. Nam fere tria milia sagittariorum sagittis infestabant, multique fundibularii saxorum grandinem in oppidanos jaciebant, et ingenti eos turbine feraliter opprimebant.

Andegavenses in Normannia xiii diebus (2) demo-

---

(1) Ce Gautier de Clare était fils de Gislebert de Clare, premier du nom, petit-fils de Richard de Bienfaite et arrière-petit-fils de Gislebert, comte de Brionne. Nous ne connaissons point le personnage qui est présenté ici comme son beau-frère; nous savons seulement qu'il avait deux frères : Richard de Clare, Gislebert comte de Pembroke en 1138, et une sœur nommée Rohais.

(2) Ils y étaient entrés le 20 septembre. Ils commencèrent à rétrograder le 2 octobre et purent, en rentrant dans le Maine le 3, se rendre le témoignage d'avoir bien honteusement employé ces treize jours. Nous les avons vus le 29 septembre devant Lisieux et le 1er octobre au Sap. A en croire notre auteur, le mouvement rétrograde aurait commencé dès le 2, ce qui ne ferait que onze jours en tout, et douze en adoptant la correction que nous avons proposée.

rati sunt, odiumque perenne, non dominatum Normannorum immanitate sua meruerunt. Generale siquidem bellum, quia tunc Normanni principe carebant, non repererunt; sparsim tamen, rapacitati et incendiis insistentes, a pagensibus confusi sunt, sociisque varia sorte per diversa prostratis diminuti, tandem fugerunt. Innumera mala indicibiliter operati sunt, meritoque nihilominus similia perpessi sunt. Nullam sacris reverentiam exhibuerunt, imo sanctuarium Domini nequiter conculcaverunt, et sacerdotes aliosque Dei ministros, ethnicorum more, injuriati sunt. Quosdam enim ante sanctum altare irreverenter despoliaverunt, nonnullos etiam signa pulsantes et Deum invocantes trucidaverunt. Novem presbyteri pariter ad comitem accurrerunt, et lacrymosam de violatione suarum ecclesiarum et direptione sacrorum querimoniam fecerunt. Quod audientes, honesti viri Deumque timentes valde condoluerunt. Principes igitur apud Sappum omni exercitui, ne sacra contaminarentur, per præconem prohibuerunt. Sed temerarii prædones in tanta multitudine decreta procerum floccipenderunt. Gregarii namque milites et indomiti piratæ ad devorandos devoratores aliorum ut lupi convenerant, vagique et indisciplinati de diversis et longinquis regionibus ut milvi convolaverant, qui nihil aliud nisi prædari obviosque ferire vel vincere cupiebant. Optimates autem, qui separes (1) cœtus in expeditione legali ductu ductitare debebant, in militia Romanæ rigorem disciplinæ, nisi fallor, ignorabant, nec ipsas

(1) Séparés, indépendants.

heroum more militares inimicitias modeste disponebant, unde probrosis facinoribus absque boni respectu pene cuncti, ut opinor, sordebant et per omne nefas in duplex detrimentum, corporis videlicet et animæ, proruebant, Deoque et hominibus abominabiles apparebant.

Plurimos greges armentorum et pecudum mactaverunt, et crudas vel semicoctas carnes sine sale et pane comederunt; coria vero pluribus vehiculis in propriam regionem deferre conati sunt. Quamvis enim autumnale tempus alimentorum copiis abundaret, et ubertas provinciæ post longam pacem sub bono patricio incolis arrideret, et omnem frugum seu carnium affluentiam suppeditaret, tantæ tamen multitudini coquorum et pistorum servitus deerat, et in bellico tumultu plurimorum quibus humana necessitas maxime indiget administratio non suppetebat. Guiribecci ergo, quia inconditis post contaminationem sacrorum eduliis intemperanter usi sunt, justo Dei judicio, pene omnes ventris fluxu ægrotaverunt, fluentique diarria satis anxii fœda vestigia obiter reliquerunt, suosque reposcere lares plerique vix potuerunt. Tandem, kalendis octobris, dum in arcem Sappi impetum facerent et muniones illius acerrime resisterent, Josfredus comes pilo in pede dextro fortiter percussus est, gravique læsura pedis cum suorum ruina Normannorum animositatem aliquantulum expertus est. Uxor autem ejus ipso die circa vesperam ad eum venit et multa milia pugnatorum frustra secum adduxit. Nam, primo mane, trepidantibus undique incolis, Andegavenses subito recesserunt, eosque a quibus nimis timebantur timentes, pertinaciter fugerunt totamque regionem tam

sociorum quam hostium depopulati sunt. Fugam vero illorum Normanni tarde compererunt. Unde nimis contristati sunt quod eos persequendo de regione sua non conduxerunt. Solus Engerrannus de Corte Odmari (1), cum Rodberto de Mesdavid (2) aliisque paucis militibus, transitus Oldonis (3) præoccupavit, ibique multos homines et equos et redas panibus et vino multaque supellectili onustas retinuit, et Andegavenses, præ timore mortis ausos flumen sine vado introire, in Oldonis profundo compulit mortem subire. Comes autem, qui spumanti equo vectus cum pluribus minis Normanniam intraverat, pallidus et gemens atque badinola (4) jacens, sua revectus visitat. Sed in ipso reditu a suis graviora quam ab hostibus damna tolerat. Nam, in sylva quam Malasiam vocant (5), cu-

(1) Enguerrand de Courtomer, surnommé l'Oison. Robert de Courtomer, son père, avait donné à Saint-Martin de Séez, en 1089, l'église de Saint-Étienne de Courtomer.

(2) Ce seigneur devait être fils et certainement le représentant d'Hugue de Médavi, que nous avons rencontré ci-dessus, à la fin du livre XI. Vers 1230, *Agatha, domina de Meso Davi*, porta cette terre dans la maison d'Aunou le Foulcon.

(3) Aujourd'hui le Don, affluent de l'Orne, qui se jette dans cette rivière, aux environs d'Almenesches. C'est probablement entre Marmouillé et Surdon (*super Oldonem*) que les Angevins cherchèrent à passer. Il y avait un gué à Chaillouet ; mais il était probablement défendu par les Normands, retranchés dans le château de Chaillouet.

(4) Litière.

(5) Les bois de Maleffre, ancien fief et château sur la commune d'Arçonnai, département de la Sarthe. Sa mouvance très-étendue arrivait jusqu'aux limites du territoire de Mont-Sor, faubourg d'Alençon, sur la rive gauche de la Sarthe. Notre auteur se sert d'une expression un peu emphatique en appelant ces bois *silva*. Henri II y fit bâtir un château : *fecit castrum munitissimum et burgum pergrande juxta hayam de* MALIFRE, *quod vocatum est* BELLEVEEIZS (Beauvoir).

bicularius comitis occisus est, et mantica ejus cum consularibus indumentis et vasis preciosis surrepta est.

XXVII. Interea, dum Andegavenses Luxoviensem pagum, ut jam dictum est, devastarent, et, paganorum more debacchantes, absque Dei metu execrabilia perpetrarent, Rogerius de Conchis in Ebroicensi episcopatu circum jacentem provinciam devastabat, et omnia cædibus atque flammis edacibus tradebat. Guillelmum quippe de Paceio Eustachii filium et Rogerium Balbum (1) comitemque Ferricum (2) secum habebat, comitemque Gualerannum et omnes Uticensis provinciæ milites, ne obviam Andegavensibus in armis procederent, occupabat. Castrum quod Mellenticus comes apud Crucem (3) pro defensione patriæ construxerat Rogerius acriter impugnavit, sed non obtinuit. Abbatiam vero

---

(1) Roger le Bègue, seigneur de Grossœuvre, fils de Guillaume Louvel, seigneur d'Ivri.

(2) Nous verrons plus loin que ce personnage était connu sous le nom de Ferri d'Étampes, et que sa femme lui avait apporté en dot le titre de comte. Nous ignorons à quelle famille appartenait cette dame, et ce que nous avons pu recueillir sur Ferri lui-même, se réduit à la charte suivante, tirée du *Cartulaire du prieuré de Longpont*, conservé à la Bibliothèque impériale, n° 13 du fonds des Cartulaires.

Fredericus, filius Pagani de Stampis, qui fuit comes, dedit Deo et sanctæ Mariæ de Longo Ponte tres hospites quos habebat proprios apud Bundulum, cum tenatura quam tenebant ex terra partis suæ, et unum modium annonæ hyemalis in communi granchia Bundufli. Hoc donum ante mortem suam fecit concedere Frederico filio Balduini, de cujus feodo erat, et promittere sua fide tenere, et Gaufredo Piperi. Die vero sepulturæ ejus, de hoc, sicut supradictum est, Eustachia mater Frederici et ipse miserunt hoc donum super altare sanctæ Mariæ. Quod viderunt isti : Balduinus de Corboilo, Burchardus de Monte Letherico, Gaufredus frater ejus, Guido Anguunus, Galterius de Castris, Aymo de Maciaco, Hecelinus de Linais, Johannes filius Garnerii (Fol. 32, n° 192).

(3) La Croix Saint-Leufroi.

quam sanctus archipræsul Audoenus jam dudum construxit, sanctæque crucis, quam in cœlo viderat, honori dicavit et beato Leudfredo ad regendum commisit (1), Rogerius cum suis commilitonibus violavit, quod non diu impune pertulit. Burgum monachorum concremavit, ecclesiam impugnavit, de monasticis penetralibus fugitivos inibi latitantes rapuit; spolia vero monachorum ac ad eos confugientium diripuit. Sed, Deo æquissimo judice vindicante, paulo post omnia perdidit. Nam, sequenti die post fugam Andegavensium, id est tertio die octobris, Rogerius inopinabiliter debacchatus est. In Valle siquidem Rodolii uberem provinciam devastavit, cædibus et rapinis incendiisque irreverenter insudavit, et ita multos cum suis complicibus ablatis rebus miseros effecit. Ecclesiam vero sancti Stephani (2) concremavit, cujus reatus talionem ipso die recepit. Nam, sabbato (3), circa vesperam, dum redirent et ingentem prædam pluresque captivos pompose secum ducerent, Gualerannus comes et

---

(1) Ceci n'est pas exact. Saint Ouen, en passant par ce lieu lorsqu'il se rendait de Rouen à Clichi (en 683), y avait bien élevé une croix et déposé des reliques, en mémoire d'une croix miraculeuse qu'il avait vue dans le ciel; mais l'abbaye ne fut fondée que quelques années plus tard par saint Leufroi, originaire de l'Evrecin et disciple de saint Saens. Ce lieu a été appelé aussi la Croix d'Helton, du nom du propriétaire du domaine où l'établissement fut construit, et *monasterium Madriacense*, du nom de la circonscription à l'extrémité de laquelle il était placé sur les bords de l'Eure.

(2) Saint Étienne du Vauvrai. Cette église, le long de laquelle on passe pour se rendre de Louviers au chemin de fer, est en grande partie romane, et nous croyons que la destruction ne fut pas complète ou que dans ce cas la reconstruction fut immédiate. Elle appartenait à l'abbaye de Fécamp, à qui elle avait été donné par Richard II.

(3) Le même jour, samedi 3 octobre.

Henricus de Pomereio (1) cum quingentis militibus de vicina silva (2) egressi sunt, et contra hostile agmen ad bellum parati constiterunt. Rogerius autem, qui multum audax et probus erat, cum paucis militibus quos secum habebat (Guillelmum enim de Paceio et Rogerium Balbum cum suis copiis et præda et captivis Achinneium præmiserat), frustra fortiter in hostes pugnavit; sed, multitudine pressus et victus, succubuit, et, cum Ferrico comite ac Rodberto de Belismo qui Poardus cognominabatur (3) captus, ingemuit infortunioque suo magnum inimicis gaudium et vicinis pagensibus securitatem peperit. Interea, dum Ferricus de Stampis in carcere gemeret, uxor ejus, pro cujus stemmate comes ipse appellabatur, Ludovicum regem Parisius adiit; unde dum ipsa prægnans remearet, equitando læsa est, et paulo post difficultate partus mortua est.

Vicissitudines præsentis vitæ quam mutabiles sunt! Secularia gaudia cito transeunt, eosque a quibus summopere affectantur, in puncto deserunt. Mundanus honor instar bullæ subito crepat ac deficit, sibique inhiantibus insultat atque decipit. Amatores mundi, sicut corruptibilia sequuntur, sic per abrupta vitiorum gradientes corrumpuntur, subitoque sordentes in ima labuntur. Et dum sublimes fastus laboriose vix adipiscuntur, inde nequicquam tumentes in momento

---

(1) Ce même Henri de la Pommeraie, que nous avons vu commander la garnison du Pont Autou et combattre le comte de Meulan à Rouge-Moutier, en 1124.

(2) Les bois du Vaudreuil.

(3) Voyez ci-dessus, p. 64.

præcipitantur, et concinnæ solummodo narrationes inter residuos qui vitalibus auris perfruuntur ab eloquentibus de illis passim sparguntur. Omnipotens itaque creator terrigenas instruit, et pluribus modis salubriter erudit, ne in hoc fragilis sæculi pelago anchoram suæ spei figant, neque transitoriis delectationibus sine lucris lethaliter inhæreant. Non habemus hic manentem civitatem, ut dicit Apostolus (1), sed futuram inquirimus.

XXVIII. Ecce in hoc anno bissextili post mortem Henrici regis multæ mutationes in orbe factæ sunt, et personæ plures clericalis atque laicalis ordinis, cum mediocribus et infimis, lapsæ sunt.

Tunc Girardus Engolismensis episcopus, vir eruditissimus, migravit, qui magni nominis et potestatis in Romano senatu tempore Paschalis papæ et Gelasii, Calixti et Honorii fuit. Guido autem de Stampis Cœnomannorum præsul hominem exivit, cui Paganus archidiaconus de Sancto Karilefo successit (2). Porro, pro Gisleberto, cognomento Universali, Lundoniensi episcopo, qui nuper defunctus est, Anselmus, Anselmi archiepiscopi nepos, abbas sancti Edmundi regis, subrogatus est (3). Guillelmus vero Cantuariensis archi-

---

(1) Ep. ad Hebr., XIII, xiv.

(2) Gui d'Étampes, évêque du Mans, mourut en effet le 7 février 1136. Nous ne savons pourquoi notre auteur appelle son successeur Payen. C'était peut-être un surnom. Ce qu'il y a de certain, c'est que ce prélat portait le nom de Hugue de Saint-Calais. Nous pensons que cette dernière désignation tient à ce qu'il était originaire de Saint-Calais, ou de la famille des seigneurs de Saint-Calais, cette ville n'ayant jamais été le siége d'un archidiaconé.

(3) Gislebert l'Universel, évêque de Londres, en 1127, ne mourut pas

episcopus defunctus est (1), atque Henricus frater Stephani regis ad regendam metropolim electus est (2). Sed, quia episcopus, secundum decreta canonum, de propria sede ad aliam ecclesiam nisi auctoritate Romani pontificis promoveri nequit, præfatus præsul Guentoniensis in Adventu Domini mare transfretavit, et, legatis Picenum ad Innocentium papam missis, in Neustria ipse hiemavit. Nefaria perfidorum scelera in anno bissextili facta, ærumnis lacrymisque plena, a plangentibus edidicit, tristes querelas de miseris eventibus Normanniæ lugubris audivit, et certa suis aspectibus indicia intueri potuit : ædes videlicet concrematas, ecclesias discoopertas et desolatas, villas depopulatas, propriisque colonis viduatas, et plebes in gremio matris admodum contristatas, utpote omnibus necessariis insolenter privatas, et tam a suis quam ab externis absque metu tutoris spoliatas, nec adhuc idonei rectoris præsentia sive suffragiis exhilaratas.

Pluribus itaque modis ærumnarum Normanniæ gravior adhuc percussio imminet. In episcopatu Sagiensi pontificale anathema totam terram Guillelmi Talavacii perculit (3), et dulcis cantilena divini cultus, quæ

---

en 1136, comme le dit notre auteur, mais le 8, le 10 ou le 12 août 1134, pendant qu'il se rendait à Rome. Nous avons vu ci-dessus que l'élection d'Anselme à sa place en 1138 ayant rencontré des oppositions, il rentra non sans peine dans l'administration de son abbaye de Saint-Edmond. Il ne fut pourvu à la vacance du siége de Londres qu'en 1141, époque où on y appela Robert *de sigillo*. Voyez ci-dessus, p 52.

(1) Le 21 novembre 1136.

(2) Henri de Blois, frère du roi Étienne, évêque de Winchester et légat du saint-siége.

(3) Cet interdit sur le diocèse de Séez, paraît en effet être de l'an 1136.

fidelium corda mitigat ac lætificat, conticuit. Introitus ecclesiarum ad Dei servitium laicis prohibiti sunt, et valvæ obseratæ sunt. Æra signorum conticuerunt, corpora mortuorum inhumata computruerunt, et metum et horrorem intuentibus incusserunt. Gaudium nuptiarum illud affectantibus denegatum est, et ecclesiasticarum lætitia solemnitatum humiliata est. In Ebroicensi quoque diocesi parilis disciplina infremuit, et per totam terram Rogerii Toenitis discolas compescere terrendo sategit. Ipse nimirum vinctus in carcere coartatur, suæque voluntatis impos flet atque lamentatur, et ab ecclesia etiam pro sacrorum violatione quam ipse sui compos ex insolentia fecerat, maledicitur, et tota terra ejus terribili anathemate plectitur. Sic contumaces et nimium rebelles duplici affectione proteruntur; sed dura ceterorum hæc intuentium corda, proh dolor! non corriguntur, nec ad emendationem a perversa intentione reflectuntur.

XXIX. Anno ab incarnatione Domini MCXXXVII, indictione XV, ingens in toto orbe siccitas fuit, quantam nemo nostris temporibus vidit. In plerisque locis fontes aruerunt, lacus et cisternæ exsiccatæ sunt, et quidam fluvii fluere desierunt. Homines et jumenta sitis anxietate laboraverunt, et in quibusdam regionibus aquam usque ad septem leugas quæsierunt, et nonnulli eorum qui sibi suisque limpham humeris deferebant nimii caumatis augustia defecerunt.

L'évêque Jean, quoique comblé de bienfaits par Henri I^er^, fut l'un des plus empressés et des plus ardents partisans de l'usurpateur. Seul de tous les évêques de Normandie et d'Angleterre, il se rendit au concile convoqué par ce prince à la Tour de Londres en 1141. Cependant il était réconcilié avec Guillaume Talvas en 1143.

XXX. Tertia septimana martii, Stephanus rex in Normanniam venit. Ogas (1) cum magno comitatu applicuit. Cujus adventu audito, pauperum plebs integrum annum oppressa et desolata exultavit.

Eodem tempore, Guillelmus Pictavensium dux, memor malorum quæ nuper in Normannia operatus est, pœnitentia motus, ad sanctum Jacobum peregre profectus est. Deinde, feria VI parasceve, V idus aprilis, sacra communione munitus est, et ante aram beati apostoli venerabiliter defunctus est (2). Filiam vero suam Ludovico juveni Francorum regi in conjugem dari præcepit, ipsumque regem totius juris sui heredem constituit. Quod ita postea factum est.

Quidam Normannorum proceres in Stephanum regem turbati sunt, contra quos ab ipso Franci et Flandrenses asciti sunt. In maio, Stephanus rex cum Ludovico rege colloquium habuit, Normanniæ ducatum ab ipso jure recepit, et fœdus amicitiæ, sicut antecessor ejus tenuerat, pepigit. Securior itaque remeavit, rebellantem Rabellum bellico robore impetiit, et oppida ejus Juliam Bonam Vileriasque et Mansionem Odonis obsedit (3), et per se aut per auxiliarios cum familiis suis ferro et flamma expugnavit.

Tunc Josfredus Andegavensis cum quadringentis

(1) La Hougue.

(2) Le vendredi saint, 9 avril 1137.

(3) Lillebonne ne pouvait appartenir au chambellan Rabel. C'était : *sedes regia, a dominis Normannorum multum amata et frequentata*, dit Robert du Mont, dans sa chronique, à l'année 1161. Les mots *oppida ejus* ne peuvent donc pas s'appliquer à ce château. Il est probable que notre auteur l'aura confondu avec celui de Tancarville même, situé très-près de là. — Villers-Chambellau, près Duclair. — Mésidon

militibus in Normanniam venit, et, stipendiarius conjugi suæ factus, ingentem militiam exercuit. Nam ab initio maii crudelem guerram exercuit, incendioque et rapina hominumque cædibus depopulari Oximensem pagum summopere studuit. Basolcas, oppidum Rogerii de Molbraio (1), cum ecclesia combussit, ibique xvi homines ignis extinxit. Divenses (2) monachi pro tuitione sui c et x marcos argenti Andegavorum consuli pacti sunt, et sic patriam suam, ne penitus deleretur, tutaverunt. Similiter Fiscannenses pro Argentiis (3) centum marcos erogaverunt. Tunc Rodbertus comes de Gloucestra (4) aliique nonnulli quod ad hostes converterentur suspecti sunt. Sed Cadomenses oppidani regis fidelitati firmiter inhæserunt, quibus munitionem tutantibus, Josfredus et sui de Vado Berengarii (5) nihil adepti redierunt. Ibi Guillelmus

(1) Basoches au Houlme. Cette seigneurie s'appelait encore l'honneur de Monbrai à l'époque de la confection du *Registrum Philippi Augusti*.

(2) Les moines de Saint-Pierre-sur-Dive.

(3) Le prieuré d'Argences.

(4) Robert de Gloucester possédait de grandes propriétés dans cette contrée, comme gendre et héritier de Robert Fitz Haimon. Ce seigneur avait passé en Angleterre à Pâques 1136, fort embarrassé de la position qu'il devait y prendre vis-à-vis d'Étienne, mais sentant qu'il n'y avait pour le moment rien à faire contre un homme aussi populaire, prodigue d'ailleurs des immenses richesses qui lui étaient tombées entre les mains. Il se détermina à prêter serment au roi; mais sous la réserve : *quandiu ille dignitatem suam custodiret et sibi pacta servaret*, dans la prévision d'être bientôt relevé de cet engagement par quelque manque de bonne foi de l'usurpateur. C'est, en effet, ce qui ne manqua pas d'arriver avant une année révolue.

(5) Ce lieu est cité, dans l'histoire de Normandie, comme voisin du champ de bataille de Valesdunes et en ayant ouvert l'accès au duc Guillaume pour faire sa jonction avec le roi de France, en 1047. Voyez le Roman de Rou, t. II, p. 30. Notre savant ami, M. de Caumont, le place

de Ipro cum suis præliari cum Andegavensibus concupivit; sed, Normannis præ invidia fideliter illos juvare nolentibus, idem cum suis recessit, atque, infidos consortes derelinquens, ad regem trans Sequanam accessit.

Rex autem, pace facta cum Rabello, Ebroicensem pagum adiit, et Rogerium de Conchis, sexto mense postquam captus est, de carcere ejecit (1), gravique conditione, ut temeraria improbitas ejus castigarétur, oneravit. Rotronem Moritoniæ comitem et Richerium de Aquila, nepotem ejus, sibi annexuit, datis eisdem quæ cupiditas illorum avide poposcit. Nam comiti oppidum de Moliuis (2), et Richerio Boumolinum (3) concessit, eosque sibi sic colligatos hostibus in Nor-

---

sur la Muance, près d'Argences. Nous regrettons de ne pouvoir être de son avis et d'être obligé de reporter ce gué sur le Semillon entre Vimont et Bellengreville, conformément à l'opinion de M. Stapleton et à l'excellente carte du diocèse de Lisieux par Danville.

Il y avait au Gué Béranger une foire dont les produits étaient affermés sept livres en 1180. C'était donc un lieu de quelque importance.

M. Stapleton remarque avec raison la correspondance existant entre *Vadum Berengerii* et *Berengerii villa*, nom de la commune de Bellengreville.

C'est là que l'armée angevine se trouva arrêtée par la présence de Guillaume d'Ipre et de ses Flamands. Elle paraît y être venue de l'Hiémois par le chemin de Saint-Pierre-sur-Dive, qui se réunissait au Gué Béranger même avec celui de Lisieux. Si le roi Étienne eût été encore dans le cours de son expédition sur Mésidon, les deux armées n'auraient guère pu éviter de se rencontrer, comme le monarque anglais en montra un si vif désir le mois suivant.

(1) La captivité de ce seigneur datait du 3 octobre; elle durait donc depuis plus de six mois.

(2) Moulins-la-Marche.

(3) Bonmoulins. Nous avons vu le dernier héritier de ces deux châteaux périr dans le naufrage de *la Blanche-Nef*. Le roi Henri s'était empressé de s'en emparer et d'en perfectionner les fortifications. Celles de Bonmoulins paraissent même avoir été complétement son ouvrage.

manniæ finibus opposuit, ratus satis utilius esse dare minora ut servarentur majora, quam inhianter amplecti omnia meritoque amicos perdere et eorum suffragia. Guillelmum de Ipro aliosque Flandrenses admodum amplexatus est, et in illis præcipue fisus est; unde proceres Normannorum nimis indignati sunt, suumque regi famulatum callide subtraxerunt, eisque invidentes pluribus modis insidiati sunt. Tunc plurimis cladibus pagensium caterva passim depopulabatur. Hostilis enim gladius multos devorabat, et alia ex parte mors inopina pluribus incumbebat.

Mense junio, Stephanus rex Luxovium venit, et copiosum exercitum congregavit, ut Argentomum vel aliud oppidum obsideret, ubi Josfredum Andegavensem, cum quo cominus confligere optabat, compererisset. Optimates autem ejus certamen hujusmodi detrectabant, et regi prælium summopere dissuadebant. Tunc in illa expeditione gravissima seditio inter Normannos et Morinos (1) orta est, atque cædes hominum utriusque partis feralis facta est. Hinc totus

(1) Les Flamands stipendiés par Étienne. Il ne faut pas croire qu'il eût pour cela renoncé à ses autres auxiliaires : les Bretons; mais c'était surtout en Angleterre qu'il employait ces derniers et qu'ils exerçaient impunément leurs brigandages. — Guillaume d'Ipre était l'homme de confiance du roi pour les guet-apens et les autres coups de main. Ce devait être un fils de Guillaume, vicomte d'Ipre, fils naturel de Robert le Frison, comte de Flandre, que nous avons rencontré ci-dessus, t. IV, p. 479. Le comte de Gloucester ayant suivi ce prince à Pâques en Normandie, c'est ce Flamand qui fut chargé de lui dresser des embûches auxquelles il échappa. Étienne fit en vain toutes sortes de bassesses pour se réconcilier avec ce puissant seigneur, qui resta en Normandie après lui, s'y sentant plus en sûreté et à l'affût (*in specula*) pour profiter des événements.

exercitus turbatus est, et plurima pars principum insalutato rege profecta est. Ductorem quoque suum unaquæque turma clientum prosecuta est. Rex autem, cum agmina sua sine bello fugere vidisset, nimis iratus est, et desertores usque ad Pontem Aldemari festinanter persecutus est. Ibi Hugonem de Gornaco et Guillelmum juvenem de Guarenna (1) aliosque turgidos adolescentes detinuit, et terroribus ac blandimentis pro posse suo sedavit; sed livida vafrorum corda sufficienter pacificare nequivit. Unde, suspectos pro quibusdam occasionibus eos habens, ad bellum reducere non præsumpsit; sed, saniori consilio, ut quibusdam visum est, inito, biennales trevias ab hostibus accepit. Mense igitur julio, tranquillitas pacis, opitulante Deo, Normanniam refovit. Inermis plebs, quæ dispersa fuerat, sua tuguria repetiit, et aliquandiu post nimias tumultuum tempestates in egestate magna siluit, et aliquantulum securior quievit.

XXXI. Interea, Guarinus abbas Uticensis ecclesiæ, postquam in monachatu XLIII annis Deo militavit, jam LX et III annos ætatis suæ habens, feliciter occubuit. Nam, XVII kalendas julii (2), missam mane reverenter cantavit, quendam defunctum militem sepelivit, ipsoque die in lectum decidit, et quinque diebus graviter ægrotavit, quotidieque missam, quam per XXX annos creberrime sacerdos ipse celebraverat, ægrotus audivit. Videns itaque viam universæ carnis sese ingressurum, tanti itineris viaticum devotus expetiit, ac ad

---

(1) Hugue III de Gournai. — Guillaume de Varenne, comte de Surrey.

(2) Le 15 juin.

summi regis sabaoth iturus curiam, sese præparavit, lacrimosa videlicet confessione assiduaque intenta oratione, oleique sacri unctione, et Dominici corporis salvifica perceptione. Denique, talibus ac tantis instructus munimentis, XI kalendas julii migravit (1), et, completis in eo, ut dictum est, quæque fideli athletæ Christi competunt, recessit, et XV regiminis sui anno, spirituales filios Domino Deo commendans et sese, obdormivit. Gislebertus autem Sagiensis cœnobii abbas (2) affuit, et cum sociis in luctu patris flebilibus exequias celebravit. Imbribus itaque tribulationum toti provinciæ ingruentibus, Guarinus abbas, Rodberti et Gislæ filius, ereptus est, et in capitulo secus Osberni abbatis tumulum sepultus est. Quo defuncto, Uticenses monachi pariter convenerunt, et commune colloquium, ne status ecclesiæ suæ laberetur, habuerunt. Deinde, dum celebritatem sancti Johannis Baptistæ solemnisarent, ipsoque die in capitulo una considerent, considerantes sancti patris Benedicti institutionem, chartæque suæ quam Guillelmus dux, postea rex, cum episcopis et optimatibus Normanniæ sanxit auctoritatem, et ecclesiæ privilegium atque vetustam consuetudinem, concorditer elegerunt Ricardum de Legrecestra (3), monachum literatum, re-

(1) Le 21 juin.

(2) Gislebert, fils de Fridebourge, abbé de Saint-Martin de Séèz. Michel, évêque de *Tirasco*, donna à cette abbaye, pendant l'administration de Gislebert, une église dans le territoire extérieur de Tudela, probablement en signe de reconnaissance des services que les guerriers du diocèse de Séèz, et particulièrement Robert Burdet, rendaient à la religion chrétienne au delà des Pyrénées.

(3) Richard, surnommé de Leicester, parce que, avant d'embrasser la

ligiosum, facundum et pluribus bonis atque claris charismatibus instructum. Ille quidem absens erat, nec in illa concione aliquem sibi consanguinitate conjunctum habebat. Nihil hujusmodi suspicabatur, imo rusticanis laboribus in Anglia pro servitio fratrum angebatur. Nam illuc a suo abbate jam pridem directus fuerat, et ecclesiasticas res ibidem jam sex mensibus diligenter tractaverat. Notitiam quippe anglicæ gentis et loquelæ habebat, utpote qui fere XVI annis canonicus Legrecestræ fuerat, et in curia Rodberti consulis de Mellento ante conversionem diu commoratus fuerat, causarumque censor et arcanorum conscius ac in agendis rebus familiaris consiliarius pollebat. Hæc et alia probitatis indicia rectorique congrua monachi considerantes, eundem ad ecclesiæ regimen elegerunt, et electo Stephanus rex ejusque proceres suffragati sunt.

Uticenses cœnobitæ, didascalis et rectoribus suis semper fidi, album lapidem posuerunt super tumulum venerandi abbatis Guarini, super quem sculpendum, ob amorem dilecti quondam sodalis mei, postea patris, hoc epitaphium edidi :

Hac tegitur petra Guarini corpus, et ossa,
Qui quater undenis Utici monachus fuit annis.
Certator fortis contra tentamina carnis,

---

vie monastique, il avait fait partie, pendant seize ans, du chapitre de chanoines séculiers appelé Notre-Dame-des-Prés, attenant à la ville de Leicester, et qui fut converti en abbaye par le comte Robert le Bossu, en 1143. Ce chapitre avait été fondé par Robert, comte de Meulan, son père. Les auteurs du *Gallia christiana* présentent Richard comme Anglais de naissance. Le texte de notre auteur nous paraît réfuter complétement cette assertion hasardée.

Dante Deo, celebris micuit virtutibus almis.
De grege, pro meritis, a fratribus ad moderamen
Sumitur, ut sociis ferret speciale juvamen.
Annis bis septem veneranter floruit abbas,
Inter præsentes sitiens æterna ruinas.
Viginti soles junio complente, recessit
Hic pater a vita, subjectis flentibus, ista.
Cuncta regens numen det ei super æthera lumen.

XXXII. Mense julio et augusto, nimius calor æstatis terrigenas torruit, et usque ad idus septembris perduravit, multimodaque pestis mortales morbidos fecit. Tunc Ludovicus rex Ludovicum Florum filium suum accersiit, eumque Tedbaldi palatini comitis et Radulfi de Parrona consobrini sui tutelæ commisit, et cum exercitu Galliæ in Aquitaniam direxit, ut filiam Pictavensis ducis uxorem duceret, totumque ducatum, sicut Guillelmus dux constituerat, sibi subjugaret.

Interea, Ludovicus rex nimietate æstivi caloris in Aquilina silva ægrotavit, et, crescente langore, II nonas augusti hominem exivit, atque in ecclesia sancti Dionysii Areopagitæ inter reges regiam tumulationem accepit. Sequenti autem dominico, Ludovicus puer Pictavis coronatus est, et sic regnum Francorum et Aquitaniæ ducatum, quem nullus patrum suorum habuit, nactus est (1).

---

(1) Voyez ci-dessus, p. 48 et 49, ce que notre auteur a dit d'une première atteinte de la maladie dont Louis VI mourut le 1er août 1137, suivant les historiens français, et qui nous paraît avoir dû être une boulimie causée par les intempérances de table. Ces mêmes historiens le font mourir à Paris, mais il est possible qu'il y ait été rapporté de la forêt d'Iveline, près Rambouillet, qu'indique ici notre auteur. Louis le Jeune, qui est ici qualifié de *puer*, était âgé de dix-sept ans. Il revenait d'épouser, à Bordeaux, Éléonore de Guyenne, lorsqu'il apprit la mort de son père. Le dimanche, 8 août, il fut couronné à Poitiers, non pas comme roi de

In Normannia, Rogerius Balbus pacem turbulentus turbavit, contra quem Stephanus rex exercitum duxit, et municipium ejus quod in Ebroicensi pago Grandis Silva nuncupatur (1) obtinuit. Unde coercitus rebellis prædo pacem cum rege fecit, et aliquantulum illa regio post magnas oppressiones quievit. Tunc in Vilcassino rex munitionem Chitreii, ubi spelunca latronum erat, dejecit (2). Unde Guillelmus de Calvimonte cum Odmundo filio suo in regem surrexit, et pro domus suæ præcipitio guerram facere decrevit.

In Abrincatensi pago, Ricardus cognomento Silvanus (3) apud Sanctum Paternum (4) fortissimam muni-

---

France, puisqu'il l'avait été par Innocent II, mais comme duc d'Aquitaine.

(1) Roger le Bègue, seigneur de Grossœuvre (Grandis Silva), près Saint-André, dont nous avons parlé ci-dessus, p. 75.

(2) Quitri en Vexin, entre Saint-Clair sur Epte et les Andelis. Nous avons déjà parlé de ce lieu et de ses seigneurs. C'est ce Guillaume de Chaumont, qui paraît avoir épousé une fille naturelle de Louis le Gros. Il existe dans le Cartulaire de Saint-Père de Chartres une donation de ce seigneur, sous la date de 1119. Son fils Otmond II est peu connu.

(3) Nous ne connaissons point ce personnage, désigné ici par un nom très-vague, et qui paraît n'avoir été qu'un aventurier éphémère. Cependant nous devons dire que dans l'enquête faite par le comte Robert de Gloucester, après la mort de l'évêque Richard II sur les fiefs mouvant de l'évêché de Bayeux et les services auxquels ils étaient tenus, on trouve un Guillaume « Silvani », c'est-à-dire « Silvani filius, » lequel tient cinq fiefs de haubert de Hugue de Montfort, sur huit que celui-ci tenait lui-même du prélat.

(4) Ce n'est pas le lieu célèbre par la résidence et la sépulture de saint Paterne, évêque d'Avranches et de saint Scubilion, qui paraît avoir porté primitivement le nom de *Sessciacus*. Du moins c'est ainsi qu'il est écrit dans la vie de ces deux saints personnages par Fortunat. Le lieu dont il s'agit ici est aujourd'hui Saint-Pois, canton de Sourdeval, ancien diocèse d'Avranches, tandis que Saint-Pair sur Mer appartient à celui de Coutances.

tionem firmavit, et, aggregatis undecumque latronibus, post mortem Henrici regis, sævissimam stragem in populo Dei perpetravit. Hunc etiam, post diutinam debacchationem, quando voluit, justissima Dei ultrix manus sine mora præcipitavit. Præfatus enim raptor quadam die prædatum perrexit, et cohors militum de vicinis oppidis vicum Sancti Paterni flammis interim tradidit. Porro Silvanus, ut villæ suæ fumum perspexit, per reciprocum callem cum suis equum festinanter regiravit, sed, sociis ocior, hostes primus offendit, et in occursu eorum, a quodam milite lancea perforatus, interiit. Deinde regii milites ad arcem accesserunt, et ab oppidanis ut regi turrim redderent exegerunt. Quod dum illi facere nollent, isti cadaver perempti domini sui ante portam turpiter projicientes eis exhibent. Custodes utique, infortunio gravi viso, perterriti sunt, et regis militibus sese cum munitione dedentes mœsti siluerunt, atque corpus biothanati secus viam extra cimiterium tumulaverunt.

Eodem tempore, Britones, quorum caput ad nefas perpetrandum Gelduinus Dolensis (1) erat, surrexerunt, et in terram sancti Michaelis archangeli de periculo maris et in finitimas possessiones irruerunt. Prædis multoties direptis, ingentia innocuis damna

(1) C'est encore un aventurier, mais Breton d'origine et habitant ou au moins originaire de la ville de Dol. On sait que le mont Saint-Michel est situé à l'extrême frontière de la Normandie. Les Bretons prétendent même qu'il faisait primitivement partie de leur province, et que c'est un changement de lit du Couesnon, rivière très-mobile, qui l'en aura séparé. C'est ce qui est exprimé dans les deux vers populaires suivants :

Couesnon, par sa folie,
A mis le Mont en Normandie.

intulerunt. Sed postquam innumera dispendia pagensibus illata sunt, ultione divina nefario capite contrito, defecerunt. Quadam enim die, atrox Gelduinus CXL milites cum multis peditibus in expeditione duxit, et ingentem prædam hominesque multos rapuit, atque pomposus remeare cœpit; sed æstuans mare ad littus omnes detinuit. Interea, orto clamore pauperis vulgi, XX milites Normannorum prædones insecuti sunt. Gelduinus autem, ut vociferationem post tergum audivit, cum X militibus clypeis tantum opertis contra insequentes rediit. Porro Normanni fortiter in eos irruerunt, atque Britones terga vertentes persecuti sunt, et Gelduinum, priusquam suis commilitonibus adjungerentur, occiderunt. Prædones itaque confusi prædam perdiderunt, et fugientes suis diros rumores renunciaverunt.

Variis itaque tempestatibus infelix Normannia turbabatur, ac mutuis ensibus pignorum suorum vulnerabatur, atque pro innumeris cædibus multis ubique luctibus replebatur. Infortunia plerumque dirissima perferebat, et asperiora quotidie metuebat, quia totam efficaci gubernatore provinciam carere mœsta videbat. Inter hæc Stephanus rex de intestinis motibus Anglorum rumores audivit. Unde in adventu Domini (1) festinanter in Angliam transfretavit, et Gualerannum atque Rodbertum comites aliosque proceres pene omnes secum duxit. Neustriæ vero justiciarios Guillelmum de Rolmara et Rogerium vicecomitem (2) aliosque

(1) Il paraît que c'était très-près du jour de Noël : *in ipso vestibulo Natalis Domini.*

(2) Roger deuxième du nom, vicomte du Cotentin, frère et successeur

nonnullos constituerat, illis præcipiens facere quod ipse præsens agere non poterat, justitiam videlicet discolis inferre, et pacem inermi populo procurare. Reversus autem in Angliam turbatum regnum invenit, et fomentum nimiæ crudelitatis et cruentæ proditionis persensit. Nam quidam pestiferi conspirationem fecerant, et clandestinis machinationibus sese ad nefas invicem animaverant, ut constituto die Normannos omnes occiderent, et regni principatum Scottis traderent (1). Tanta perversitas Nigello Eliensi episcopo (2) primitus nota per conjuratos nequitiæ socios facta est, et per eum reliquis præsulibus regni et optimatibus atque tribunis regiisque satellitibus

---

de Néel III. A sa mort, ses biens échurent à sa nièce Lætitia, qui épousa Jourdain Taisson.

(1) Nous avons bien de la peine à croire à la gravité de cette conspiration, à laquelle l'âge avancé et le caractère pacifique du vieux roi d'Écosse ne promettaient pas beaucoup de succès. Dès le printemps de 1136, Etienne était allé dans la Northumbrie pour apaiser ce monarque, qui, quoique fort irrité de l'usurpation et du parjure, ne demandait qu'à finir ses jours dans le repos *vel veræ vel simulatæ pacis.*

(2) Néel, neveu de Roger, évêque de Salisbury, fut nommé à l'évêché d'Ély le 28 mai 1133 par l'ordre exprès de Henri I[er], dont il était déjà le trésorier. Il paraît constant qu'il était Normand et nous nous en réjouissons pour l'honneur de notre pays; car ce fut l'un des plus grands financiers du moyen âge et le créateur du magnifique système de la comptabilité anglaise : *incomparabilem suis temporibus habuit scaccarii scientiam.* Après avoir eu la gloire de créer l'échiquier d'Angleterre sous Henri I[er], il eut encore celle de le rétablir sous Henri II, après que les troubles et les dilapidations du règne d'Étienne en eurent fait perdre la tradition. Ce prélat ne mourut qu'en 1169. Il figure très-souvent dans le *Pipe-Roll* de la trente et unième année du règne de Henri I[er], sous le nom de *Nigellus nepos episcopi.* Nous ne doutons pas que ce précieux document n'ait été rédigé sous sa direction. — Dans le ms. de S. Évroul, au-dessus du mot *Nigello* une main contemporaine a ajouté *vel Ricardo.*

permulgata est. Plures itaque de perversis conspiratoribus detecti sunt, et convicti pœnas tanti sceleris luerunt, meritoque patibulis aliisque generibus mortis interierunt. Porro nonnulli, malitiæ suæ conscii, ante accusationem fugerunt, et, accusante propria conscientia convicti, relictis omnibus divitiis et honoribus suis, exulaverunt. Potentiores siquidem, qui rebellionis conscii fuerunt, ad resistendum temere animati sunt, et fœdus cum Scottis et Gualis aliisque seditiosis et infidis ad perniciem populi pepigerunt (1).

XXXIII. In illo tempore, peregrini de partibus Eois advenerunt, dirosque rumores in occiduo climates parserunt. Unde corda fidelium quæ amore Dei proximique flagrant nimis contristata sunt. Narrant enim quod Pontius Tripolitanus comes eodem anno contra ethnicos pugnaverit, et ipse cum multis aliis ferro gentilium occubuerit (2). Hinc animatus Amir Sanguin (3) rex Haleph bellicas vires collegit, et in autumno cum ingenti exercitu Turcorum fines Christianorum introivit, atque ad bellum paratus Christianos provocavit. Quod audiens Fulco Jerosolymorum rex per totum regnum suum legatos direxit, et omnes qui ad arma idonei erant ad pugnam convocavit, et fere VI milia secum ad certamen duxit. Solas mulieres et inermes clericos ad tutelam urbium dimisit,

(1) C'est par suite de ces menées qu'eut lieu un peu plus tard l'invasion qui fut arrêtée par la déroute des Écossais à la bataille de l'Étendard.

(2) Ponce, comte de Tripoli, deuxième mari de Cécile de France, périt en effet cette année-là, dans un combat contre les infidèles, sous les murs de son château de Mont-Pèlerin.

(3) Emadeddin Zenghi, sultan de Moussoul et d'Alep.

ceteros autem absque omni excusatione ad agonem ire præcepit (1).

Tandem convenerunt pariter, et, commisso conflictu, utrinque pugnatum est acriter. Innumera quippe paganorum ceciderunt milia; sed, judicante Deo, cujus judicia justa sunt et vera, pene tota Christianorum acies est collapsa, et præter xxx milites penitus cæsa. Solus enim rex et decem de familia ejus commilitones atque xviii de militibus Templi evaserumt, ac ad quoddam castrum contra Damascum a Balduino primo constructum, quod Mons Regalis vocatur, confugerunt, ibique aliquandiu inclusi fortiter restiterunt. Omnes itaque in confessione Christi corruerunt, præter paucos qui, ut dictum est, cum rege vix evaserunt. Porro Sanguin, licet multa suorum amisisset milia ferro Christianorum, optata tamen elatus victoria, e vestigio subsecutus, obsedit castellum, et residuos qui de bello elapsi tutabant præsidium nimis coartavit multis modis impugnationum. Obsessi autem, quamvis pluribus molestarentur angustiis, præcipue tamen attenuati sunt anxietate famis, et pro penuria panis compulsi sunt vesci carnibus equinis aliisque immundis et insolitis. Ipse rex præ parcitate

(1) Nous ne croyons pas plus à tous les faits qui suivent, jusqu'au paragraphe qui nous ramène en Occident, qu'aux historiettes du même genre qui terminent le livre X. La religion de notre auteur aura été trompée par quelque pèlerin, dont il n'aura pas été à portée de discuter la véracité pendant le court espace de temps qui s'écoula jusqu'à la fin de son travail historique. Entre toutes les invraisemblances dont fourmille ce récit, il y a un fait matériellement faux : c'est l'existence à cette époque d'un patriarche de Jérusalem qui se serait appelé Raoul, tandis que Guillaume de Malines occupa ce siége depuis 1130 jusqu'en 1144 ou 1145.

dapifer erat, atque frusta carnium asinorum seu canum singulis distribuebat.

Interea, Radulfus Jerosolymitanus præsul, audito suorum infortunio, contristatus est, et qualiter inclusis martyribus auxiliaretur, multa secum revolvens, meditatus est. In primis fideles reclusos qui cœlesti theoriæ in muris Jerusalem intendebant peragravit, et ipsos et omnes alios Jerosolymitas ut Dominum Salvatorem omnium pro communi salute populi sui attentius exorarent, obsecravit. Deinde clericos et laicos eadem commonuit, et cunctis triduanum jejunium indixit, nec solum matronis, sed etiam infantibus et jumentis afflictionem hujuscemodi, more Ninivitarum, imposuit. Expleto autem libenter et devote jejunio, ad portum maris patriarcha perrexit, eique, quod valde concupiverat, Deo volente, occurrit.

Quatuor enim naves hominibus onustas littori appropinquantes de longe vidit, et per signum salutiferæ crucis quod in habitu eorum visu deprehenderat Christianos esse coguovit. Gaudens igitur eos ad portum applicantes expectavit, et de navibus egredientes reverenter salutavit. Productos autem in liberam planiciem sic affari cœpit : « Vere beati et amici Dei estis, quos ut suæ beatitudinis participes præstolatur curia cœlestis. Ecce jam, si flagrat in vobis fides integra, eadem sine dubio vobis propinatur martyrii causa, pro qua sancti athletæ Christi Georgius et Theodorus, Demetrius et Sebastianus, contra sathanam ejusque satellites laboriose dimicaverunt, acriter certantes gloriose superaverunt, et perennem coronam triumphantes a rege sabaoth acceperunt. Similis, oro, fortuna vobis comitetur, nec dispar merces a Deo vobis

donetur. Ecce sævus Sanguin et gentilis exercitus terras nostras nuper invaserunt, et, perempto exercitu Christi, Jerosolymorum regem cum paucis in quodam castello pertinaciter obsederunt, et inclusos pluribus modis ad deditionem coartare satagunt. Nostrates autem viri in Deo sperantes viriliter obstare moliuntur, mirabiliumque Dei memores, velox auxilium ejus opperiuntur, eligentes in nomine Domini magis per mortem socios sequi, quam cum dedecore profanis in vita sua subjugari. Jam satis eventum audistis, et, quia prudentes atque cordati homines estis, jam quid velim et quid agi oporteat in tali negocio, bene perpenditis. »

His auditis, omnes alacriter adversum paganos sese obtulerunt, et obsessis fratribus suffragari totis nisibus optaverunt. Lætus igitur patriarcha dixit : « Deo gratias agimus Adonai fortissimo, qui semper suos celeri dignatur relevare solatio. Nunc ergo, vos qui de natali solo pro cœlesti amore progressi estis et dilectas conjuges divitiasque diu quæsitas reliquistis et huc per plures in mari et in terra molestias pervenistis, exempla sanctorum sumentes, scutum fidei prætendite, et sanctuario Dei, quod de longinquo expetitis, constanter succurrite. Dominus vobiscum est, qui obsessis in Bethulia cito per feminam consolatus est. Nam per Judith viduam superbi caput Olofernis amputavit, Assyriisque contritis sitientem populum pie refrigeravit, victoriaque simul innumerisque spoliis ditavit, et super omnes circumsitas nationes magnificavit. Ezechiæ quoque regi in Jerusalem incluso per Isaiam prophetam securitatem mandavit, et sequenti nocte centum octoginta quinque millia Assyriorum per angelum combus-

sit, tumidumque regem Sennacherib post blasphemias trucesque minas cum dedecore fugavit. Hæc et alia multa his similia in divinis operibus considerate, et in Dei virtute confidentes certamen inite. »

Salutaribus itaque monitis cœtus christianos pontifex instruxit, et armatos ad phalanges Turcorum duxit. Speculatores autem paganorum grandem exercitum a mari venientem perspexerunt, et principi suo protinus annunciaverunt. Ille vero promptos et dicaces legatos obviam misit, et per eos qui essent vel quo tenderent sollerter inquisivit. At illi responderunt: « Christiani sumus. Porro fratribus nostris, quos a paganis obsessos audimus, auxiliari tota virtute cupimus. Alios quoque, qui jam perempti sunt, bello ulcisci peroptamus. » Responsumque est illis ut ad præsens quiete silerent, et in die tertio ad pugnam parati essent.

Interea, callidus Sanguin Fulconem regem ad colloquium accersiit, eique inter plurimas versutas tergiversationes dixit: « Nobilitati tuæ multum condoleo, et quia rex es, tibi, si vis, parcere desidero. Optime novi esse tuum et defectionem virium tuarum. Angustia famis, cum omnibus qui tecum inclusi sunt, nimium opprimeris, nec aliquod adminiculum ex qualibet parte præstolaris. Fac ergo pacem mecum. Castellum mihi, cum omnibus qui intus sunt, redde, et ego te permittam liberum abire. » Fulco respondit: « Absit a me ut traditor fiam fratrum meorum. Hoc nullatenus facere diffinio, imo cum eis usque ad mortem perseverabo, et agonis finem patienter expectabo. » Sanguin dixit: « Cum tuis loquere, et utile tibi tuisque consilium accipe. Parcam tibi quia rex es et honorari debes.

Castellum et omnes captivos quos retines de nostris redde, omnesque quos habemus de vestris recipe, et, sic jurejurando firmata pace, cum omnibus tuis libenter recede. » Hæc audiens, Fulco suos repetiit, et illis omnia quæ audierat a tyranno retulit, et quid in tam angustis rebus agendum esset interrogavit. At illi, vicinum sibi nescientes auxilium, anxii velox dederunt consilium. Hortati sunt ut Turci redderentur pro ereptione Christianorum, ut Damascenis panderetur Montis Regalis oppidum, ne obsessi subirent mortis periculum, et Jerusalem civitas sancta sine defensore pateret ludibrio gentilium. Territus itaque Fulco rex consultui suorum adquievit, et cum ethnicis pacem quam poposcerant cum sacramento pepigit. Sanguin præsidium et nepotem suum quem ceperant recepit, et ipse nihilominus Christianis vinctos eorum, ut pactum fuerat, reddidit. Deinde triumphans et ludens tyrannus Fulconi dixit : « Deceptus es, rex, » et castra Christianorum qui ad suffragium ejus venerant ostendit. Sed, quamvis fideles super hoc sophismate mœsti essent, mutari sententia nequivit. Data profecto securitate, rex et patriarcha et fideles hinc et inde convenerunt, et a tyranno ut occisos in bello fratres suos sepelire sibi permitteret, petierunt. Annuente illo, corpora peremptorum quæsierunt, inventa diligenter et honorifice tumulaverunt, quibus dum aureos de digitis annulos extrahere vellent, non potuerunt. Viventes igitur omnipotentem Dominum devote laudaverunt, et Christi martyres cum ornamentis suis veneranter humaverunt.

XXXIV. Eadem tempestate, quando Jerosolymitæ flebiliter, ut dictum est, ab ethnicis afflicti sunt, et Rai-

mundus Antiochiæ princeps aliique virtuosi milites, necessitate fratrum comperta, illis subvenire festinaverunt, Johannes imperator Constantinopolitanus ingentem exercitum de omni ditione sua, quæ satis ampla est, contraxit, et Antiochiam, metropolim Syriæ, quam de imperio suo esse calumniabatur, obsedit (1). Præfatus autem Raimundus, qui tunc principatum habebat, Guillelmi Pictavensium ducis filius erat. Hic nimirum post mortem Henrici regis Eoas partes adiit, et filiam Buamundi junioris, dono Fulconis consobrini sui sibi datam, conjugem duxit, latumque principatum in Syria largiente Deo vindicavit. Qui, dum ad auxilium regis Jerusalem, ut jam dixi, contra paganos properaret, et in illo itinere adventum imperatoris ad obsidionem urbis audisset, tam grandi turbine commotus, cum sociis turmis confestim remeavit, suisque, qui sine tutore trementes in civitate oppilabantur, succurrere properavit. Cum autem urbi appropinquasset et formidine anxius esset quod circumvallantem exercitum

(1) Les événements sont encore tellement défigurés dans cette portion du récit de notre auteur que nous trouverions plus expéditif pour nos lecteurs et pour nous-mêmes de les renvoyer aux historiens des croisades que de discuter des faits controuvés et insoutenables. Sans doute il est parfaitement vrai que Raimond, fils puîné de Guillaume VII, comte de Poitiers, et par conséquent oncle d'Éléonore de Guienne, vint en Orient en 1137, et que le roi Foulque le maria à la jeune Constance, héritière du comté d'Antioche. Il l'est encore que l'empereur grec Jean Comnène se présenta devant Antioche en 1138; mais, touché de compassion à la vue des dangers dont étaient environnés les princes latins de la Palestine, il se contenta, quoique victorieux, de l'hommage que lui fit Raimond, et joignit ses armes à celles des chrétiens. Fouque ne mourut point de privations éprouvées dans un siége où il aurait exercé l'emploi de sénéchal, mais d'une chute de cheval, qui lui arriva pendant qu'il chassait un lièvre dans la plaine de Ptolémaïs.

irrumpere et urbem introire non posset, de imminenti negocio cum suis tractare cœpit, quorum unus, quem vere magnanimum arbitror, illi dixit : « Satis notum est, quod Græci prudentia pollent et eloquentia ceteris nationibus eminent, sed in arduis rebus audacia et fortitudine carent. Unde, o probi commilitones et probati athletæ, si meis dignamini consiliis adquiescere, arma vestra viriliter sumite, et armati tanquam de turmis imperialibus usque ad ipsius Augusti tentorium silenter ite, et Ionias legiones penetrate. Tunc prope imperatoris aures terribiliter exclamate, et qui sitis audacter demonstrate. » Hæc audientes, alii ad arduum opus animati sunt, monitisque magnanimi militis noctu insigniter obsecundaverunt. Franci siquidem ad tentorium augustale pervenientes exclamaverunt, et obstantes hostiliter percutere cœperunt. Repentinas vociferationes ferocium Francorum securus Augusti exercitus ex insperato audivit, nimiumque territus pariterque turbatus et expers consilii, fugam iniit, et relictis omnibus per tria miliaria, quasi gladium cervicibus suis imminere vidisset, fugiit. Raimundus autem dux, Pelasgis cum suo imperatore fugientibus, perstitit, nec diutius cum paucis innumeros persequi voluit, sed, lætis modum ponens, in urbem suam introivit, et ingens gaudium Antiochenis, donante Deo, suppeditavit. Orto siquidem sole, cives exierunt, ingentes in Achivis tentoriis divitias invenerunt, avide diripuerunt, lætique in urbem spolia devexerunt. Porro, imperator cum suis fugiendo fatigatus quievit, confusus et indignans, a quo fugatus fuisset inquisivit, et, Aquitanorum audaciam prosperumque eventum agnoscens, erubuit. Rursus exercitum congregavit, et præfatum

principem ad colloquium invitavit. Magnanimus heros, qui prius dederat dimicandi consilium, denuo duci suasit ne respueret pacis colloquium, dicens nunc tractare de pace esse honorabile et valde commodum. Ille adquievit, ad concionem abiit, eique imperator ait : « Antiochena civitas de imperio Constantinopolitano est. Buamundus vero princeps homagium patri meo fecit, et cum reliquis proceribus Occidentis juravit quod omnia quæ Turci abstulerant et ipse recuperare posset, sacro imperio restitueret. Hoc itaque pactum a te qui nunc principaris exigo, et urbem imperii nostri, quam usurpas, reposco. » Raimundus respondit : « De avitis conditionibus tecum placitare nolo. Urbem hanc a rege Jerusalem cum filia principis recepi, eique ut domino fidem promisi. Vestras igitur ratiocinationes ostendam, et persuasionibus ipsius in omnibus obediam, nec aliquam deliberationem in hoc negocio sine illius consilio faciam. » His ita dictis, imperator approbans quod fidem domino servaret, inducias dedit, ut præfatum regem expeteret et quid agendum esset legaliter ab illo indagaret. Cumque legatio hujusmodi ad regem, qui tunc ægrotabat, destinata fuisset, ipse, causa suis necessariis amicis manifestata, respondet: « Omnes satis novimus, ut a majoribus jam dudum didicimus, Antiochiam de imperio Constantinopolitano esse, et a Turcis XIV duntaxat annis Augusto subtractam sibique subactam fuisse, et reliqua, quæ imperator asserit de antecessorum pactis nostrorum, vera esse. Num debemus veritatem abnegare et rectitudini resistere ? Nequaquam, præsertim cum ego gravi detineor infirmitate, unde non possum consanguineo meo succurrere. Nam propter æstus et

curas atque labores quos perpessus sum, et infirmas escas quibus infeliciter inclusus in Monte Regali nuper usus sum, lethiferam ægritudinem cum sodalibus meis incurri, ideoque nunc præpedior consobrino meo ad certamen adminiculari. Nostram igitur excusationem agnoscentes, ite, dominoque vestro ex mea parte dicite ut pacem cum imperatore faciat, meoque jussu ab ipso cujus juris est urbem recipiat, et legaliter teneat. Christianus enim est imperator magnæque potentiæ et a Francis honoratus. Si vult, admodum valet illos adjuvare. » Reversi vero legati responsa congrue reddiderunt, duoque principes pacem, peregrinis et universis in Christo credentibus qui in Græcia sive Syria morabantur commodam, inter se confirmaverunt. Raimundus itaque homo factus Augusti, Antiochiam ab illo accepit, et imperator illi amicitiam et auxilium contra Damascum omnesque gentiles promisit. Hæc itaque guerra, quæ per annos ferme XL damnose perduravit, et, per Buamundos eorumque successores contra Alexium orta, agitata, innumeris milibus vincula perniciemque et multa detrimenta contulit, favente Deo, nunc sub principibus Johanne Augusto et Raimundo Pictavensi, multis utriusque partis gaudentibus, cessavit.

XXXV. Anno ab incarnatione Domini MCXXXVIII, indictione I, Ludovicus juvenis rex Francorum apud Bituricam in Natale Domini coronatus est (1), ibique ingens curia nobilium et mediocrium virorum de omni

---

(1) Nous n'avons point connaissance de ce couronnement à Bourges, mais bien des difficultés qui s'élevèrent au sujet de l'élection de l'archevêque de cette ville en 1140.

Gallia et Aquitania aliisque circumsitis nationibus aggregata est. Illuc metropolitani præsules eorumque suffraganei convenerunt. Illuc consules aliæque dignitates confluxerunt, suumque famulatum novo regi exhibuerunt.

Petrus Anacletus, qui sedem apostolicam fere VII annis usurpaverat, in cathedra sedens, VIII kalendas februarii subita morte decessit (1), atque, ut fertur, a fratribus suis, filiis videlicet Petri Leonis, quorum in urbe Roma maxima potestas est, ita occultatur, ut ubi cadaver ejus sepultum sit ignoretur.

Sequenti quoque mense, fama longe personuit quod Rogerius Apuliæ dux defunctus esset (2), quem præfatus scismaticus in regem Siciliæ consecraverat, dataque sorore sua, sibi ad perturbandum ecclesiæ jus asciverat. Porro Lotharius imperator, ut Rogerii occasum audivit, in Apuliam festinavit, eamque sibi, secundum morem antiquum statumque Romanorum, subjugare satagit (3).

XXXVI. Stephanus vero rex cum in Angliam venisset, et machinationem quorumdam contra publicam regni utilitatem comperisset, indignatus, contra rebelles importune arma sustulit, et, prohibente fratre suo Henrico Guentoniensi presule, Bedafordum obsedit, ibique Natale Domini, hibernis ingruentibus pluviis, laboriose

---

(1) Anaclet mourut en effet le 25 janvier 1138.

(2) Orderic ou son copiste avait d'abord écrit : *Sequenti quoque mense, Rogerius Apuliæ dux defunctus est.*

(3) Il est possible que le bruit de la mort de Roger se soit répandu en 1138; mais ce prince ne mourut réellement qu'en 1154; et, comme l'invasion de la Pouille par l'empereur date de l'année précédente, on ne peut en faire remonter la cause à ces rumeurs.

peregit, et nihil profecit (1). Nam filii Rodberti de Bello Campo munitionem fortiter tenuerunt, neque regi, donec præfatus præsul frater ejus adesset, aliquo modo humiliati sunt. Non enim debitam subjectionem sive servitium domino denegare suo decreverunt, sed, quia regem Hugoni cognomento Pauperi filiam Simonis de Bello Campo dedisse cum patris honore audierunt, totam hereditatem suam amittere verentes, consultu amicorum, pertinaciter restiterunt. Tandem pontifici post quinque septimanas advenienti adquieverunt, et, per ejus consilium quod utile sibi opinabantur et opem, cum rege pacificati sunt, et oppidum reddiderunt (2).

In Normannia, Rainaldus de Dunstani Villa (3), filius Henrici regis, provinciam Constantini turbabat, et sorori suæ favens Andegavinis adhærebat. Balduinum quoque de Radvariis et Stephanum de Magna Villa (4),

---

(1) Le siége de Bedford fut entrepris la veille et le jour même de Noël 1137, au grand scandale de toute l'Angleterre.

(2) Robert de Beauchamp, dont les fils s'opposèrent au mariage de leur cousine germaine avec Hugue le Pauvre, comte de Bedford, troisième fils du comte Robert de Meulan, était vicomte d'Arques en 1108. On conçoit facilement que la famille se soit révoltée contre cette alliance avec un homme aussi incapable; alliance qui tendait d'ailleurs à la dépouiller de biens considérables. Cette dame devait être nièce de Payen de Beauchamp, qui obtint de Guillaume le Roux la baronnie de Bedford. Ce fait donne le démenti le plus formel aux généalogistes anglais, d'après lesquels Simon de Beauchamp serait mort sans enfants. C'est par suite de sa grande liaison avec Galeran que le roi Étienne s'était jeté si imprudemment dans cette folle entreprise.

(3) Rainaud de Dunstanville, fils naturel de Henri I^er, plus tard comte de Cornouaille. Ce personnage prenait son nom de la commune de Dunstanville, arrondissement de Dieppe, soit qu'il y fût né, soit qu'elle lui eût été donnée en apanage.

(4) Baudouin de Reviers, seigneur de Néhou, fils de Richard. — Étienne

aliosque Stephani regis inimicos secum habebat. Sed Rogerius vicecomes acriter ipsis obstabat, patriamque protegens hostes a perversis conatibus insigniter resistebat. Hostibus admodum terribilis in primis visus est, sed in hujus seculi salo nulla potentia longa est. Inimici siquidem, ejus prosperitati nimis invidentes, insidias illi paraverunt, et perniciem ejus machinati sunt. Quadam die, cursores ad diripiendam prædam destinaverunt, et quidam milites in latebris abditi sanguinem fundere avide præstolati sunt. Orto autem clamore, Rogerius arma cum suis arripuit, et prædones cum præda persequens in manus insidiantium incidit. At illi, ut famelici leones, de insidiis prosilientes, incautos percusserunt, et Rogerium, pro vita sua vociferantem et multa pollicentem, absque misericordia jugulaverunt. Rectore itaque interfecto, totus pagus desolatus est, ac prædonum rabies super pagenses immoderate sæviens admodum effrenata est.

Mense januario, Simon Rufus, Balduini filius (1),

---

de Magneville était probablement fils de Roger de Magneville, allié du prince Henri (qui fut depuis Henri Ier) dans le Cotentin, pendant qu'il occupait cette contrée : *auxilio Ricardi de Revers et Ricardi de Magna Villa*, dit le continuateur de Guillaume de Jumiéges. Les hostilités dataient de plus loin entre Baudouin de Reviers et le roi; celui-ci, dès 1136, l'avait chassé d'Exeter, après avoir perdu devant cette place beaucoup d'hommes et d'argent, et l'avait poursuivi jusque dans l'île de Wight.

(1) Simon et Ribaud le Roux, fils de Baudouin, étaient neveux du vaillant Raoul le Roux, serviteur dévoué de Henri Ier, que nous avons vu périr dans le naufrage de la *Blanche-Nef* (Cf. plus bas, p. 122). Au milieu de bien des parjures et des trahisons, voilà trois familles restées fidèles à l'héritière légitime de leur souverain. Nous n'en pouvons malheureusement pas dire autant de notre auteur. — Nous sommes ici au mois de janvier 1138.

Rodberto Geroii filio (1) permittente, castrum Escalfoii (2) introivit, et, aggregata secum turma satellitum, terram Rodberti comitis de Legrecestra in Ebroicensi præsulatu devastare cœpit. Erat enim miles acerrimus, audax et manu promptus, largus commilitonibus et in duris exercitiis obstinatus, ideoque ad arduos et truces ausus temerarius. Denique, ut ipse depopulationem patriæ inchoavit, Riboldus frater ejus ad nefas eidem adhæsit, ipsumque in munitione quæ Pons Erchenfredi dicitur, suscepit. Guillelmus autem Fraxinellus et sex fratres ejus et Alannus de Taneto ac Ernaldus dapifer comitis et oppidani Glotenses insurrexerunt, ac Pontem Erchenfredi et Monasteriolum atque circumjacentes vicos combusserunt (3). Tam feralis furia utrosque invasit, et in tantum nefas omnes præcipitavit, ut nullam sanctis locis reverentiam servarent, nec religiosis hominibus vel innocentibus villanis viduisque parcerent, nec sanctis diebus quadragesimæ manus studiumque a scelere coercerent.

Biennales treviæ, quæ inter regem et Andegavensem Josfredum pactæ sunt, pluribus modis contaminatæ sunt. Satellites enim comitissæ in quadragesima Ra-

---

(1) Robert Giroie, seigneur de Saint-Céneri.

(2) Le chateau d'Échauffour, contigu à cette portion du diocèse d'Évreux, qui fait aujourd'hui partie du département de l'Orne, et aux domaines des seigneurs de Breteuil.

(3) Guillaume Fresnel, seigneur de la Ferté-Fresnel. — Alain de Tanée. Ce personnage ne faisait point partie de la mouvance de Breteuil. Nous pensons qu'il faut le placer à Tannée, hameau intermédiaire entre Saint-Évroul et Cisai-Saint-Aubin. — Ernaud du Bois-Arnaud, sénéchal du comte de Leicester. — La garnison de Glos-la-Ferrière. — Pont-Echanfré. — Montreuil-l'Argillier, propriété de la famille Giroie.

dulfum de Axone (1), virum potentem, comprehenderunt, dominæque suæ vinculis artandum tradiderunt. Quem ipsa diu tenuit, nec abire, donec sibi munitiones suas redderet, permisit. At contra Engelrannus de Saia (2) aliique regii clientes Rainaldum et Balduinum extra castrum de Ulmo pertinaciter repererunt, et, commissa cominus pugna, Balduinum et alios plures ceperunt. Ibi nimirum dum maxime pugnaretur, et adhuc in dubio esset cui victoria daretur, quidam de parentibus et amicis Rogerii vicecomitis, ut locum et tempus ultionis nacti sunt, strictis ensibus in suos conversi, plures de interfectoribus illius occiderunt, et sic adversæ parti victoriæ pompam procuraverunt. Ecce, sicut Dominus ait: *Qui acceperit gladium, gladio peribit*, furialis societas, quæ Rogerium Nigelli filium paulo ante crudeliter trucidavit, ab amicis illius ex improviso percussa, inter suos decidit.

Eodem tempore, Theodericus Flandrensis satrapa filiam suam filio Stephani regis conjugem dedit, totumque ducatum Flandriæ dimisit, deinde crucem Domini accepit, et Jerusalem perrexit, indeque regressus puerum cui filiam in uxorem dederat sibi conjunxit (3).

---

(1) Raoul d'Esson (canton de Thierri-Harcourt). L'église de cette paroisse avait été donnée à l'abbaye de Fontenai par la famille Tesson. On trouve Ingulfe d'Essun parmi les souscripteurs de la grande charte de Fontenai.

(2) Enguerrand de Sai (près Argentan).—Nous voici reportés dans le Cotentin. Nous y retrouvons Rainaud de Dunstanville, Baudouin de Reviers et son château de l'Isle-Marie.

(3) Notre auteur entasse ici plusieurs faits controuvés. Thierri, comte de Flandre, ne maria point sa fille à Eustache, fils du roi Étienne, et ne lui donna point son comté quand il partit pour la Terre-Sainte en

XXXVII. Mense maio, Gualerannus comes et Guillelmus de Ipro in Normanniam transfretaverunt, et nimis turbatæ regioni subvenire conati sunt. In primis contra Rogerium de Conchis arma levaverunt ; sed, fortuna variante, bellicosum militem ac ad resistendum sibi paratum repererunt. Unde furorem suum super pagenses jaculati sunt, et utrique ad prædam currentes, incendiis et rapinis provinciam devastaverunt, direptisque rebus necessariis inermem populum desolationi subdiderunt. Andegavensis Josfredus, mense junio, in Normanniam cum militari manu venit, et Rodbertum comitem Gloucestræ precibus et promissis ad suam partem inclinavit, per quem Baiocas et Cadomum et plura Normanniæ oppida sibi subjugavit (1).

In Anglia vero præsules et oppidani quam plures, ut præfatum comitem, cujus potestas magna erat in utrisque regnis, Andegavensibus adminiculari audierunt, nequitiam, quam penes se occultabant, protulerunt, et contra regem rebellaverunt. Mense julio, Gualerannus comes et Guillelmus de Ipro, dolentes quod per intestinam proditionem hostes prævaluerint, atque Normannos qui externos hostes in exteris sedibus superaverant, plerumque jam conculcaverint,

---

1139 ; mais il le laissa à son fils et héritier naturel, Philippe. Les mots *Jeruselem—conjunxit* ont été écrits après coup dans le ms. de Saint-Evroul ; puis ils en ont été effacés, de sorte que la lecture n'en est pas toujours certaine. — Ils manquent dans Duchesne. — Le ms. de Dupuy porte : *filiam spoponderat*, *mortuum invenit*. — On lit dans dom Bouquet : *filiam suam spoponderat bellis exercet*.

(1) Cela ne dut pas être difficile, d'après les rapports à peu près complétement hostiles dans lesquels nous avons vu qu'Étienne et le comte de Gloucester se trouvaient l'un par rapport à l'autre.

Radulfum de Parrona (1) cum cc militibus ad auxilium sui accersierunt, aliosque auxiliares undique convocantes in Andegavinos ire decreverunt. Rodbertus autem de Curceio (2) comiti Josfredo nuncium confestim direxit, et machinationem suorum eidem intimavit, mandans ut ocius de Normannia egrederetur, majoremque sibi opportunitatem præstolaretur. Quo audito, protinus cum suis meticulosus recessit, unde adversariorum conglobata multitudo admodum doluit quod hostilis exercitus repentina discessione evaserit. Verum, ne mille milites frustra congregati viderentur, et sine aliqua probitate ad sua regrederentur, Cadomum adierunt, provinciam undique depopulati sunt, et castrenses extrahere de munitione conati sunt. Sed Rodbertus comes (3) factiones utriusque partis valde metuit, ideoque cum centum militibus callide intus delituit. Equites solummodo XL egressi sunt, et in stricto calle super Olnam hostibus occurrerunt, et utrique nimis atrociter conflixerunt. Ibi Rodbertus Bertrannus (4) et Johannes de Jorra (5), nobiles et pulchri milites, occisi sunt, et plures ex utraque parte vulnerati sunt, pro quorum infortunio tristi plures contristati sunt.

---

(1) Probablement fils de ce Simon de Péronne, que nous avons vu à Pontaudemer en 1123.

(2) Courci-sur-Dive. Nous avons déjà souvent parlé de ce lieu et de ses seigneurs. Celui-ci devait être fils de Robert de Courci, gendre de Hugue de Grentemesnil.

(3) Robert, comte de Gloucester.

(4) Robert Bertrand de Briquebec, deuxième du nom.

(5) Jean de Jors, près Coulibeuf. Notre auteur oublie qu'il a déjà parlé de ce lieu ci-dessus, livre V, et qu'il l'a appelé Jort. Il aurait dû

Præfatus comes Gloucestræ, per quem magnæ perturbationis occasio surrexerat, dono Henrici regis, patris sui, potentiam in Anglia possidebat, divitiis et oppidis virisque ferocibus pollebat. Nam munitionem Gloucestræ et Cantuariæ servabat, oppida quoque munitissima Brihstou et Ludas atque Doveram (1) habebat. Unde multi eidem faventes rebellando regem offenderunt, et provincias sibi contiguas furiis agitati perturbaverunt, multisque modis depopulati sunt.

In primis enim Goisfredus cognomento Talabot (2) Herfordam urbem invasit, ibique scelerosis complicibus ad nefas aggregatis, in regem rebellavit. Gualchelinus autem cognomento Maminot (3) tenuit Doveram, et Rodbertus Alveredi de Lincolia filius arcem Guarham (4), et Morgan Gualus Ucham (5), et Guillelmus

---

pourtant être fixé sur l'orthographe de ce nom, puisque son abbaye y possédait des propriétés.

(1) Bristol. — Peut-être Leeds. — Douvre.

(2) Geoffroi Talbot, deuxième du nom, fils de Geoffroi I[er] et d'Agnès. Voyez, sur ce personnage et sa famille, ci-dessus, t. IV, p. 319.

(3) Vauquelin Maminot, dont la famille, établie dans le comté de Kent, avait eu des démêlés avec l'archevêque Lanfranc au sujet d'entreprises sur les propriétés de l'église de Cantorbéry. Ce devaient être, comme Gislebert Maminot, évêque de Lisieux, des descendants du vaillant chevalier Roger de Courbépine. Vauquelin Maminot figure dans beaucoup d'actes du temps du roi Étienne. Nous citerons entre autres une charte publiée dans le *Monast. anglic.* (nouv. édit., III, 522), qui prouve que Vauquelin était neveu de Guillaume Pevrel.

(4) Warham ou Warcham, comté de Dorset.

(5) D'après M. Stapleton (*Rot. Scac.*, II, cxxiii), *Ucham* doit peut-être s'entendre du château de Oakham, dans le comté de Rutland. — Dans Duchesne, ce membre de phrase était tout à fait défiguré; on y lisait : *Guarham et Morguan, Gualchelmus Ucham.*

de Moun Dovestornam (1). Guillelmus vero juvenis cognomento Peverellus quatuor oppida habebat: id est, Brunam, Elesmaram, Obretonam et Guitentonam (2), et his turgidus augebat rebellantium turmam. Radulfus autem Lupellus munitionem quam Cari nominant tenuit (3), Guillelmus vero filius Johannis Harpetro munivit (4), aliisque rebellibus associatus, natale solum inquietare sategit. Porro David, Scotiæ rex, propter fraudulentam invitationem factiosorum, a quibus ad patriæ detrimentum lacessitus fuerat, seu propter jusjurandum, quod jubente Henrico rege jam nepti suæ fecerat, pestiferos regni perturbatores pro favore Andegavensium adjuvabat. Carduilum (5) quippe, validissimum oppidum, quod Julius Cæsar, ut dicunt, condidit, tenebat, ibique Scottorum ferocissimam manum collocaverat. Illi nimirum Angliam crudeliter invaserunt, finitimosque populos bello impetierunt, et belluino more barbariem suam in eis exercuerunt. Nulli enim parcebant, sed juvenes et senes pariter interficiebant; mulieres quoque prægnantes sævo ense dissectis visceribus enecabant. Stephanus autem rex contra tot insurgentes acutum ensem exercuit, et donis seu promissis aut robusta manu pugnatorum hostes sibi subegit. Rodbertum siquidem de Stotesburia, pro-

---

(1) D'après M. Forester, le château de Dunster, dans le comté de Somerset.

(2) M. Forester, qui n'a pas retrouvé l'emplacement de *Bruna* (probablement Bryn), interprète les trois autres noms par Ellesmere (Shropshire), Overton ou Orton (co. de Rutland) et Geddington (co. de Northampton).

(3) Castle-Cari, dans le comté de Somerset.

(4) Harptree, château voisin de Castle-Cari.

(5) Carlisle, dans le comté de Cumberland.

bum militem legitimumque, comitem Derbiciæ constituit, et Gislebertum de Clara comitem de Pembroc sublimavit (1), per quos Gualchelinum Maminotum et Lupellum aliosque plures, qui amici vel affines eorum erant, sibi complacavit. Rebellantibus itaque, ut jam dixi, plurimis, animosus rex ira commotus est, et triplici exercitu inimicorum propugnacula expugnare conatus est. Ipse in primis Herfordam (2) urbem, quæ super Guaiam (3) fluvium inter Anglos et Gualos collimitanea erat, obsedit, et, a civibus atque provincialibus ut naturalis dominus gratanter susceptus, oppidum cepit, et, Goisfredo Talabot fugato, aliis qui intus erant misericorditer pepercit. Regina (4) vero Doveram cum valida manu per terram obsedit, et Boloniensibus amicis ac parentibus suis atque alumnis ut per mare hostes cohiberent mandavit. Porro Bolonienses, dominæ suæ jussa libenter amplectentes, famulatum suum ei exhibent, naviumque multitudine operiunt illud fretum, quod strictum est, ne castrenses sibi aliquatenus procurarent. Interea Rodbertus de Ferrariis, quem rex, sicut dictum est, Derbiciæ consulem ordinavit, Gualchelinum generum suum allocutus regi pacificavit, et præfatam munitionem ei subjugavit. Gislebertus vero de Clara Esledas castellum obsedit, et oppidanos usque ad deditionem coartavit.

Guillelmus Alanni filius (5), municeps et vicecomes

---

(1) Gilbert de Clare, comte de Pembroke, dans le pays de Galles, mort en 1148.

(2) Hereford, sur la frontière du pays de Galles.

(3) La rivière de Wye.

(4) Mathilde.

(5) Le vicomte Alain est cité par Henri III parmi les bienfaiteurs du

Scrobesburiæ, qui habebat in conjugio neptem Rodberti comitis Gloucestræ, favere illi volens, in regem rebellavit, et prædictam urbem contra illum fere uno mense tenuit. Tandem, mense augusto, regia virtute victus aufugit, et rex forti assultu munitionem subegit. Arnulfus de Hesdingo (1), præfati juvenis avunculus, bellicosus miles ac temerarius, multoties a rege oblatam pacem superbe respuit, insuper et injuriosa regi verba jaculari præsumpsit, et alios qui sese dedere volebant in rebellione pertinaciter perstare coegit. Denique, capta munitione, cum multis aliis ipse comprehensus est, et principi quem contempserat oblatus est. Rex autem, quia pro mansuetudine sua contemptibilis contumacibus videbatur, ideoque multi nobilium ad curiam ejus asciti venire dedignabantur, iratus, Arnulfum aliosque fere XCIII de his qui ei obstiterant, jussit patibulo suspendi, aliisque generibus mortis festinanter puniri. Arnulfus quippe sero pœnitens, aliique plures regi pro se supplicaverunt, multamque pecuniam pro redemptione sui promiserunt. Sed rege ultionem scelerum multis auri ponderibus præponente, protinus trucidati sunt. Turgidi autem complices eorum, tanta severitate regis audita, nimis territi sunt, tremulique in triduo ad regem accurrerunt, et varias excusationes, quod tamdiu tardaverint, commentati sunt. Quidam etiam munitionum suarum claves detu-

---

monastère de Shrewsbury. Quant à Guillaume, nous avons une charte dans laquelle il s'appelle *Villelmus filius Alani*, sans se qualifier de vicomte de Shrewsbury. Voy. *Monast. anglic.*, nouv. édit., III, 523.

(1) Ce personnage tirait sans doute son nom de Hesdin, en Artois. Il est appelé *Ernulf de Hesding* dans une charte de l'impératrice Mathilde. Voy. Rymer, nouv. édit., I, I, 14.

lerunt, serviciumque suum regi supplices obtulerunt, et, compressis aliquantulum seditiosis desertoribus, amatores pacis lætati sunt.

Eadem septimana, Stephano regi similis fortuna in alia regni parte blandita est. Nam comes Albæ Marlæ (1) et Rogerius de Molbraio contra regem Scotiæ pugnaverunt, et interfecta multitudine Scottorum regem fugaverunt, cædemque truculentam, quam illi super Anglos absque omni reverentia christianæ religionis jam pridem exercuerant, ulti sunt. Scotti nempe minacem gladium metuentes ad aquam fugerunt, et ingens flumen nomine Zedam sine vado irruerunt, mortemque fugientes a morte protinus absorpti sunt (2). Post diutinam duorum regum guerram, et atrociter ab utrisque ad multorum detrimentum exercitatam, legati pacis divinitus exciti sunt, et inter ambos reges, qui damnis et cædibus assiduisque curis et laboribus jam fessi erant, discurrerunt, ipsosque ad concordiam revocaverunt.

Henricus itaque filius David regis Scotiæ amicitiam hujuscemodi approbavit, ac Adelinam, Guillelmi Suthregiæ comitis filiam, adamavit, et in conjugium sibi requisivit. Necessitudine tali constrictus, amicitiæ Normannorum et Anglorum medullitus adhæsit, quia salubre et utillimum hoc fore sibi suisque consultu sapientum perspexit.

XXXVIII. Interea Normanni in matris suæ gremio debacchabantur, et plures nequitiæ passim peragebantur. Septimo die septembris, Rogerius Toenites

(1) Guillaume, comte d'Aumale.

(2) Cette journée est connue sous le nom de bataille de l'Étendard.

militum insignem manum aggregavit, et plures injurias sibi olim factas vindicare satagens, Britolium expugnavit. Comitem quippe Hanaucensem (1) cum LXXX et Petrum de Manlia cum XL, Simonem quoque Rufum cum XX militibus secum habebat, validamque turmam, quam ipse de omni ditione sua contraxerat.

Denique fervidus Rogerius insigni turma stipatus oppidum ex improviso expetiit, et injecto igne ingens damnum imparatis oppidanis ingessit. Trituratores enim per plateas messes cædebant, et ingentes acervi straminis et paleæ, ut autumnus exigit, sparsim ante domos jacebant, unde gratum sibi flammæ fomentum facile rapiebant. Sic nimirum opulenta villa in puncto concremata est. Ecclesia etiam beati Sulpitii episcopi et confessoris, cum multis opibus burgensium et hominibus qui intus erant, proh dolor! combusta est. Castellani autem milites, ut se præventos ab hostibus viderunt, ad munitionem cum plurimis fugientes inimicorum gladio surrepti sunt.

Eodem anno, concordia inter Rogerium et comites fratres (2) facta est, a quibus etiam ad Stephanum regem in Angliam adductus eique honorifice reconciliatus est.

Kalendas octobris, Josfredus Andegavensis Falesiam obsedit, ibique XVIII diebus frustra multum laboravit, et nono decimo die nihil lucratus inde recessit. Ricardus de Luceio princeps militum in oppido fuit, et cum oppidanis munitionem viriliter defensavit, apertisque januis, audacia obsessorum obsidentes cotidie subsannabat, et, quia inclusi ciborum et armorum abundan-

(1) Baudouin IV, comte de Hainaut, beau-frère de Roger de Toeni.
(2) Galeran comte de Meulan et Robert comte de Leicester.

tia tumebant, ad assultum cum ludibrio provocabat. Hostes autem in circumitu provinciam devastaverunt, ecclesias irreverenter irruperunt, et sacratis vestibus atque vasis absque timore Dei ablatis sacra loca contaminaverunt, nullique parcentes, vulgi spolia et quæque poterant diripuerunt. Tandem, terrente Deo, noctu fugerunt, et (1) tentoria cum vestibus et armis, atque rhedas pane et vino aliisque necessariis rebus onustas fugientes reliquerunt, quibus gaudentes oppidani admodum ditati sunt.

Verum, post decem dies, iterum Andegavorum comes ex insperato remeavit, et circa Falesiam cum multis militibus discurrens, prædam redeuntium et secure quiescentium diripuit. Cædibus et rapinis ingens damnum Normanniæ intulit, et per tres hebdomadas a feralibus exercitiis non cessavit. Tolcham (2) in initio novembris venit, ibique opulentum burgum invenit, et vicinam munitionem Bonæ Villæ (3) in crastinum expugnare peroptavit. Tunc hostes in præfata villa domos amplas, sed vacuas, invenerunt, in quibus triumphantes temere hospitati sunt, et splendida sibi convivia paraverunt.

Interea dum nox profunda esset, et hostile agmen in alienis domibus secure quiesceret, subito Guillelmus cognomento Trossebot (4), Bonæ Villæ munio, temeri-

---

(1) Ce qui suit, jusqu'aux mots *qui intus inedia*, inclus. (p. 122, lig. 10), manque dans le ms. de Saint Evroul. Pour ce morceau, nous avons suivi le texte du ms. de Dupuy.

(2) Touque.

(3) Bonneville sur Touque.

(4) Sur Guillaume Troussebot et sur sa famille, voy. le volume précédent, p. 165.

tatem hostium callide prævenit, et oppidanos secum aggregatos hortatu necessario ad magnos ausus animavit, puerosque despicabiles et meretriculas Tolcham direxit, et quid agerent exquisito meditatu sollerter instruxit. Illi autem, ut edocti fuerant, per burgum latenter dispersi sunt, et ignem per quatuor partes villæ in XLV locis audacter immiserunt. Andegavenses itaque, qui villam jam invaserant et suos hospites in propriis laribus et cathedris sedentes jam ceperant, ingenti strepitu flaminarum et vociferatione vigilum exciti, admodum territi sunt, et arma et equos cum multis aliis rebus necessariis relinquentes aufugerunt. Præfatus vero Guillelmus cum suis armatus obviam hostibus venit, sed densitas fumi omnes, ne se invicem viderent vel cognoscerent, obtenebravit. Tandem turbidus comes in cimiterio quodam constitit, ibique suos conglomeravit, et confusus trepidusque diem expectavit. Mane autem facto, quantocius aufugit, et Normannorum proterviam aliquantulum expertus, non sine dedecore Argentomum (1) venit. Plebs invalida Normanniæ mœsta trepidabat, et rectore carens Altissimi auxilium invocabat. Optimates populi dolis et malignis simultatibus insistebant, et fraudulenter quam plures hostibus favebant, neque suos defendebant, sed ablatis rebus opprimebant, et nequiter (2) illis incumbebant.

Eodem tempore, Tedbaldus, Beccensis abbas, ad regimen Dorobernensis metropolis in Anglià assumptus est, eique in loco ejus Letaldus, bonæ vitæ mona-

---

(1) Argentan.

(2) *Nequiter*, manque dans le ms. de Dupuy.

chus, ad gubernandam Beccensem ecclesiam subrogatus est (1).

XXXIX. Anno ab incarnatione Domini MCXXXIX, indictione II, Innocentius papa II Romæ in medio quadragesimæ ingens concilium tenuit (2), et multitudini prælatorum statuta sanctorum patrum inviolabiliter teneri præcepit. De multis regionibus exciti ad synodum convenerant, et hac de causa brumali tempore periculosum iter inierant, sicque cum multis suarum dispendii rerum Romana mœnia viderant. Multa illis papa de priscis codicibus propalavit, insignemque sacrorum decretorum textum congessit. Sed nimis abundans per universum orbem nequitia terrigenarum corda contra ecclesiastica scita obduravit. Unde remeantibus ad sua magistris, apostolica decreta passim per regna divulgata sunt; sed nihil, ut manifeste patet, oppressis et opem desiderantibus profuerunt, quoniam a principibus et optimatibus regnorum cum subjectis plebibus parvipensa sunt.

Audinus, Ebroicensis episcopus, Paschali septimana in Angliam profectus est (3), ibique VI nonas julii Melitonæ in canonicali cœnobio (4) defunctus et sepultus est. Hic in Baiocensi pago ortus, studia litterarum inquisivit, peritiaque liberalium artium imbutus inter doctissimos coaluit, et regi Henrico familiaris effectus

---

(1) C'est en 1138 que Thibaud monta sur le siége de Cantorbéry. Letald le remplaça comme abbé du Bec en 1139.

(2) Ce concile fut célébré le 4 avril 1139. Les canons s'en trouvent dans Mansi, XXI, 526.

(3) *Venit*, dans le ms. de Dupuy.

(4) Nous pensons que notre auteur a voulu désigner le prieuré de Merton dans le comté de Surrey.

inter præcipuos scribas complacuit. Denique de capella regis provectus, XXIV annis Ebroicensem diocesim tenuit, clerum (1) subjectamque plebem ad servandam Dei legem erudivit, ecclesiæque cultum sollerter exercuit, et basilicam beatæ Dei genitricis Mariæ, quæ tempore illo combusta fuerat, a fundamentis reparavit. Rotrocus autem, filius Henrici comitis de Guarevico, Rotomagensis archidiaconus, ad episcopatum Ebroicensem assumptus est, et a domno Hugone archiepiscopo consecratus est.

Eodem, ut reor, anno, Turstinus Eboracensis archiepiscopus, præfati Audini frater, defunctus est (2).

XL. Eodem tempore, turbatio magna in Anglia exorta est. Rogerius enim Salesburiensis præsul, divitiis ac potentibus amicis ac munitionibus admodum fretus, utpote qui toti Angliæ omni vita Henrici regis præfuerat, præ cunctis regni optimatibus derogabatur, quod regi dominoque suo Stephano esset infidus et faveret Andegavorum partibus. Ipsi quoque adhærebant necessarii complices, filius videlicet ejus, qui erat cancellarius regis (3), et nepotes potentissimi, quorum unus erat episcopus Lincolniensis et alter Heliensis (4). Porro ex abundantia multiplicium divi-

---

(1) Les mots *clerum... exercuit*, manquent dans le ms. de Dupuy.

(2) Turstin, archevêque d'York, mourut le 21 janvier 1139.

(3) Nous ne pouvons dire comment se nommait le fils de l'évêque de Salisbury. Les chartes du roi Étienne donnent le titre de chancelier à : *P.* (*Mon. angl.*, nouv. édit., II, 146); à *R. de Gant* (ib., VI, 263); à *Ro.* (ib., II, 482); à *Robertus* (ib., VI, 820); et à *Rogerus* (ib., III, 406 et Madox, *Hist. of the exch.*, in-4°, I, 14). — On trouve encore *Baldricus de Sigillo* (*Mon. ang.*, I, 308 et VI, 819).

(4) Alexandre, évêque de Lincoln, 1123-1147. — Néel, évêque d'Ely, 1133-1169. Voy. plus haut, p. 92.

tiarum tam sublimibus viris audacia inerat, temereque vicinos optimates variis infestationibus inquietare præsumebat. Unde furiosis punctionibus exerciti plures contra eos conspiraverunt, et occasione concepta pariter insurrexerunt, eisque talionem agitationum illatarum rependere conati sunt. Duo quippe fratres Gualerannus et Rodbertus comites (1), et Alannus de Dinam aliique plures apud Oxnefordam urbem (2) seditionem contra familiam præsulum cœperunt, et, occisis ex utraque parte pluribus, episcopi Rogerius et Alexander capti sunt. Eliensis autem præsul, qui nondum ad curiam regis venerat, sed extra urbem in villa cum parasitis suis hospitatus fuerat, diris rumoribus auditis, quia male sibi conscius erat, ad Divisas, fortissimum oppidum (3), repente confugit, et in circumitu concremata regione munitionem præoccupavit, et contra regem totis nisibus munire decrevit. Quod audiens rex iratus exercitum promovit, et cum multis minis Guillelmum de Ipro (4) præmisit, jurans quod Rogerius præsul nil vesceretur donec hostile oppidum sibi redderetur. Rogerium quoque filium pontificis, cognomento Pauperem, comprehendit et ante portam in conspectu rebellium suspendi præcepit. Mater quippe ejus, nomine Mathildis de Ramesburia, pellex videlicet episcopi, principalem munitionem servabat. Tandem Salesburiensis pontifex, accepta regis licentia, cum nepote suo locutus est; ipsumque multum redarguit

---

(1) Galeran, comte de Meulan, et Robert, comte de Leicester.

(2) Oxford.

(3) Devizes, dans le Wiltshire.

(4) Guillaume d'Ipre. Voy. plus haut, p. 84.

quod, seditionem oriri videns, non propriam diocesim repetisset, sed alienas ad res furibundus divertisset, incendioque furenti multis milibus inediam peperisset. Turgido nepote cum suis asseclis in rebellione pertinaciter persistente, et irato rege ut præfatus Rogerius patibulo mox suspenderetur jubente, meticulosa mater luctuosam prolis conditionem audiens prosiluit, et pro filio sollicita dixit : « Ego peperi, nec ullatenus debeo ejus promereri (1) interitum, sed, si sic necesse est, ipsum debeo per meum salvare obitum. » Protinus regi nuncium destinavit, et pro redemptione amicorum validam munitionem quam tenebat obtulit. Fractus itaque antistes Eliensis, cum reliquis complicibus suis, mœrens deditioni adquievit. Denique pacificatis omnibus, oppidum regi redditum est, et episcopi cum pace ad parrochias suas reversi sunt. Non multo post Rogerius præsul mortuus est (2), et Eliensis publicus hostis totius patriæ factus est.

XLI. In autumno, Mathildis, Andegavorum comitissa, cum Rodberto de Cadomo fratre suo et Guidone de Sabloilo (3), aliisque pluribus in Angliam transfretavit, et, Arundello (4) suscepta, permissu regis, ad oppida quæ suæ parti favebant cum pace perrexit. In hac nimirum permissione magna regis simplicitas sive socordia notari potest, et ipse a prudentibus, quod suæ salutis regnique sui securitatis immemor fuerit, lugendus est. Ingens enim nimiæ

---

(1) Il faut peut-être corriger *promovere*.
(2) Roger, évêque de Salisbury, mourut le 4 décembre 1139.
(3) Voy. Ménage, *Hist. de la maison de Sablé*, p. 132.
(4) Arundel, dans le comté de Sussex.

malitiæ fomentum facile tunc extinguere potuisset, si, calliditatem sapientum imitatus, lupum ab introitu ovilis statim expulisset; si, salvatis ovibus, malignantium nequitiam in ipso initio præoccupasset, et vires lethiferas in capitibus eorum qui rapinas et cædes hominum patriæque depopulationem quærebant, gladio justitiæ, more patrum, præsecuisset.

Mense novembri, Rotrocus comes Moritoniæ, pretio conductus, Pontem Erchenfredi(1) adiit, sed, octo gregariis militibus qui intus inedia interibant manum dantibus, munitionem recepit, miserosque municipes abire permittens, oppidum Rogerio de Platanis commisit. Tunc Riboldus et Simon Rufus aliique nepotes Radulfi Rufi velociter expulsi sunt, et dominatum castri, quod hactenus possederant, repente perdiderunt (2).

Rodbertus de Cadomo sororem suam Mathildem, jam in Anglia receptam, in suis mappaliis hospitatus est, et, Gualis ad auxilium sui ascitis, nimia malicia passim multiplicata est. Nam plus quam decem milia, ut ferunt, barbari per Angliam diffusi sunt, qui nec sanctis locis nec reverentiæ religionis parcebant, sed rapinis et incendiis atque cædibus hominum instanter insistebant. Singillatim referre nequeo quantam afflictionem ecclesia Dei passa est in suis filiis, qui veluti pecudes cotidie trucidabantur Britonum gladiis.

XLII. Anno ab incarnatione Domini MCXL, indictione III, Stephanus rex concilium congregavit, et de statu reipublicæ cum proceribus suis tractare studuit.

(1) Pont Echanfré, aujourd'hui Notre-Dame du Hamel.

(2) Dans le précédent volume, il a été longuement question de Raoul le Roux, qui périt en 1120 au naufrage de la *Blanche-Nef*.

Tunc inter optimates de constitutione Salesburiensis episcopi lis orta est. Henricus enim Guentoniensis præsul (1) Henricum de Solleio nepotem suum (2) intromittere voluit, et, quia majori vi resistente prævalere nequivit, iratus de curia regis recessit. Gualerannus namque Mellenticus comes Philippum de Harulficorte, archidiaconum Ebroicensem (3) elegerat, eique rex pro pluribus causis libenter adquieverat. Præfato autem juveni cœnobium Fiscannense concessit, in quo tempore quatuor abbatum præcedentium magna religio floruit.

In eodem anno, Ricardus Uticensis abbas, postquam de Romano concilio rediit, exigentibus causis, post Natale Domini mox in Angliam transiit, et plurimis laboribus fatigatus in quadragesima febres incurrit. Quibus per multos dies admodum vexatus, sese confessione et oratione bene præmunivit, et post Pascha potionem a medicis accepit, sed nimia vi potionis oppressus VII die maii defecit (4). Tertio itaque regi-

---

(1) Henri de Blois, frère du roi Étienne, évêque de Winchester, 1129-1171.

(2) Henri de Sulli, abbé de Fécamp (1140-1189), était probablement issu du mariage de Guillaume de Blois, frère du roi Étienne et de Henri, évêque de Winchester, avec l'héritière de la maison de Sulli. Il est qualifié de *nepos regis* dans un acte de 1135 (*Mon. angl.*, nouv. édit., II, 482), et dans une charte sans date publiée par Madox (*Hist. of the exchequer*, édit. in-4°, I, 14).

(3) Philippe d'Harcourt, qui monta en 1142 sur le siége épiscopal de Bayeux et mourut en 1164.

(4) Il est difficile de préciser le jour de la mort de Richard. Dans la phrase suivante, Orderic la place aux ides de mai (15 mai). Nous pensons, avec les auteurs du *Gallia christiana* (XI, 822), que cet abbé mourut le 9 mai 1140.

On lit, en effet, dans le Nécrologe de saint Evroul (Bibl. imp., suppl. lat., 801) : « VII idus maii : Domnus abbas Ricardus, duas capas. Non

minis sui anno, idus maii defunctus est, et, Torneiam delatus, ante crucifixum in ecclesia sanctæ Mariæ a domno Rodberto, ejusdem cœnobii abbate, sepultus est (1). Quod Uticenses monachi ut audierunt, in unum convenerunt, et Rannulfum, Nogionis priorem (2), qui jam in monachatu XL annis honeste vixerat, in abbatem elegerunt. Electus autem frater, cum litteris Hugonis archiepiscopi Rotomagensis et Johannis episcopi Luxoviensis de concordi electione fratrum, in Angliam transfretavit, et a Stephano rege, visis pontificalibus epistolis, concessionem abbatiæ et ecclesiasticarum confirmationem rerum recepit. Regressus vero de Anglia, Johannem episcopum cum regalibus litteris adiit, et, a venerabili præsule benigniter susceptus, paternam benedictionem VIII idus novembris (3) suscepit.

XLIII. Anno ab incarnatione Domini MCXLI, indictione IV, ingens turbatio in regno Anglorum exorta est,

---

jacet in capitulo, sed in Anglia, apud Torneiam. » Cette indication est confirmée par un poëme contemporain, composé en l'honneur de l'abbé Richard, et dont la Bibliothèque de Rouen possède une copie (ms. O. 29, 10). En voici les quatre derniers vers :

> « Hancque diem maii comitatur septimus ydus,
> Et solis peragunt tauri tunc ultima sidus.
> Reddit corpus humo. Flatus super astra levatur.
> Non est ambiguum quin perpete luce fruatur. »

(1) Sur l'abbaye de Thorney (Cambridgeshire), voy. plus haut, IV, 280 et s. — D'après la nouvelle édition du *Mon. angl.* (II, 594), Robert de Prunelai aurait gouverné l'abbaye de Thorney, depuis 1113 jusqu'en 1151.

(2) Orderic a déjà (IV, 280) mentionné Renouf prieur de Noyon sur Andelle. On ignore à quelle époque ce personnage est mort.

(3) 6 novembre 1140.

et repentina mutatio cum multorum detrimento subsecuta est. Rannulfus enim comes Cestræ et Guillelmus de Raumara, uterinus frater ejus, contra Stephanum regem rebellaverunt, et arcem quam Lincoliæ ad tutandam urbem ipse possidebat, fraudulenter invaserunt. Nam tempus quo turrenses famuli per diversa dispersi fuerant callide exploraverant, et tunc conjuges suas quasi causa ludendi ad arcem præmiserant. Denique, dum ibidem duæ comitissæ morarentur et cum uxore militis qui turrim tueri debebat luderent et confabularentur, comes Cestræ, exarmatus et sine amictu, quasi pro reducenda uxore sua, et tres milites, nemine aliquod malum suspicante, subsecuti sunt, et, sic ingressi, repente vectes et arma quæ aderant arripuerunt, et custodes regis violenter ejecerunt. Deinde Guillelmus et armati milites cum illo, ut antea dispositum fuerat, introierunt, et sic duo fratres turrim cum tota urbe sibi subjugaverunt. Porro Alexander episcopus et cives eventum regi mandaverunt. Quod audiens rex valde iratus est, et quod tantum facinus amicissimi ejus, quibus magnos honores et dignitates auxerat, fecissent, miratus est. Deinde post natale Domini exercitum congregavit, Lincoliam confestim perrexit, auxilioque civium fere XVII milites, qui in urbe jacebant, noctu ex insperato comprehendit. Duo vero comites cum uxoribus et familiaribus amicis in arce erant, subitoque circumvallati quid agerent anxii nesciebant.

Tandem Rannulfus, qui junior erat ac facilior et audacissimus, noctu cum paucis egressus est, et in Cestrensem provinciam ad suos profectus est. Rodberto autem comiti de Gloucestra socero suo aliisque amicis

et parentibus suis querelam suam deprompsit, Gualos et exheredatos aliosque multos contra regem excitavit, ac, ut inclusis obsidione suffragaretur, vires undecumque collegit. In primis Mathildem Andegavorum comitissam expetiit, auxilium ab ea summopere poposcit, eique fidelitatem spopondit, ejusque gratiam pro velle suo impetravit. Conglobata itaque armatorum multitudine, duo consules ad obsidionem appropiaverunt, atque ad pugnandum contra repugnantes sese præparaverunt. Porro cotidie de adventu inimicorum rumores audiens rex parvipendebat, nec eos tales esse ut tantos ausus præsumerent, credebat, sed illos qui in arce clementiam ejus obsecrabant, aptatis expugnare machinis cogebat. Denique dominico sexagesimæ, dum sacra solemnitas Yppapanti Domini celebraretur (1), et ipse rex hostium phalanges jam adesse intueretur, proceres advocavit, consiliumque quid agerent ab eis inquisivit. Quidam igitur persuaserunt ut ingentem familiam cum devotis civibus ad tutandam urbem constitueret, et ipse ad congregandum exercitum de cunctis Angliæ regionibus honeste discederet, et rursus opportuno tempore, si hostes ibidem permansissent, ad expugnandum illos regali severitate remearet. Admonebant etiam alii, ut debita sacræ Purificationi sanctæ Dei genitricis Mariæ reverentia exhiberetur, et tempus prælii nunciis pacis intercurrentibus commode protelaretur, ut procrastinatione interposita neutra pars confunderetur nec humanus sanguis ad multorum dolorem funderetur. Obstinatus

(1) En 1141, le 2 février, jour de la Purification (*solemnitas Hyppapanti*), tomba, en effet, le dimanche de la Sexagésime.

autem princeps persuasioni prudentium obaudire contempsit, et prælium pro aliqua ratione induciari indignum duxit, sed protinus suos ad bellum armari præcepit. Acies igitur pugnatorum prope urbem convenerunt, et ordinatis utrinque turmis bellum commiserunt.

Tres nimirum cohortes sibi rex constituit, et tres nihilominus contraria pars ordinavit. In prima fronte regalis exercitus Flandritæ et Britones erant, quibus Guillelmus de Ipro et Alannus de Dinam præerant. E contra vesana Gualorum caterva constabat, quibus duo fratres Mariadoth et Kaladrius præerant. Rex ipse cum quibusdam pedes descendit, et pro vita sua regnique sui statu fortiter pugnavit. Rannulfus autem comes e contra cum catervis suis pedes descendit, et animosam legionem Cestrensium peditum ad stragem faciendam admodum corroboravit. Rodbertus vero consul Gloucestræ, qui maximus erat in illa expeditione, Bassianis jussit aliisque exheredatis ut ipsi pro recuperatione suarum hereditatum, quas calumniabantur, haberent ictum certaminis.

In primis utrinque acerrime pugnatum est, et plurimus hominum sanguis effusus est. In regis acie præcipui milites fuerunt, sed hostes nimia multitudine peditum et Gualorum prævaluerunt. Sane Guillelmus de Ipro cum Flandrensibus et Alannus cum Britonibus primi terga dederunt, et inimicos animosiores sociosque formidolosiores reddiderunt. In illo conflictu perfidia nequiter debacchata est. Nam quidam magnatorum cum paucis suorum regi comitati sunt, suorumque satellitum turmam adversariis ut prævalerent præmiserunt. Sic nimirum domino suo fidem suam

mentiti sunt, meritoque perjuri et proditores dijudicari possunt. Gualerannus autem comes et Guillelmus de Guarenna frater ejus, Gislebertus de Clara et alii Normannorum atque Anglorum præclari equites, ut primam cohortem fugisse viderunt, territi et ipsi terga dederunt. Porro Balduinus de Clara et Ricardus Ursi filius, Engelrannus de Saia et Ilbertus de Laceio prælianti regi fideliter adhæserunt, et usque ad defectionem viriliter cum illo certaverunt. Stephanus autem rex, fortium actuum antecessorum suorum memor, fortiter dimicavit, et, quandiu tres secum pugiles habuit, ense vel securi norica quam quidam illi juvenis ibi administraverat, pugnare non cessavit. Tandem, fessus et ab omnibus derelictus, Rodberto comiti consobrino suo se commisit, et captus est, et ab eodem paulo post Mathildi comitissæ oblatus est. Sic sic vergente volubili rota fortunæ, de solio regni rex præcipitatus est, et in ingenti munitione Brihstou (1), gemens et miser, proh dolor! incarceratus est. Balduinus vero de Clara ceterique præclari tirones quos cum rege dixi descendisse et insigniter pugnasse capti sunt.

Præcedenti nocte, dum plebs Dei vigilias in honore Virginis matris celebraret, et matutinorum generalem synaxim ecclesiastico ritu solemnisandam expectaret, in occiduis partibus, in Gallia scilicet ac Britannia, nimius imber grandinis et pluviæ factus est, et, cum ingenti coruscatione, mugitus terribilis tonitrui auditus est.

---

(1) Bristol.

Ipso die, dum rex pugnaturus missam audiret, et multiplici, ni fallor, cogitatu et cura intrinsecus laboraret, cereus consecratus in manu ejus fractus est, et multis spectantibus ter lapsus est. Hoc plane infelix præsagium quibusdam sophistis visum est, et eodem die in lapsu principis manifeste detectum est. Infortunium regis luctum peperit clericis et monachis, populisque simplicibus, quia idem rex humilis et mansuetus erat bonis ac mitibus, et, si dolosi optimates paterentur, abolitis suis pravis conatibus, liberalis tutor patriæ fuisset ac benivolus.

Cives autem Lincoliæ, qui regi, ut oportuit, domino suo faverant, omnimodis ut viderunt victoriam cessisse adversariis, domos suas et uxores cum omnibus rebus suis dissidentes dereliquerunt, ac ad vicinum flumen, ut exilium petentes salvarentur, confugerunt. Qui dum repente conglobati ad scaphas venissent, nimiaque sui multitudine cymbas implessent, metuque mortis attoniti inordinate se habuissent, et posteriores cum impetu super priores irruissent, statim naviculæ versatæ sunt, et pene omnes qui intraverant, ut quidam asserunt, fere quingenti nobiles cives, interierunt. In conflictu bellico non tanti corruerunt. Guillelmus quidam famosus optio ex parte regis occisus est, qui nepos fuerat Goisfredi Rotomagensis archiepiscopi. De aliis vero, ut autumant qui interfuerunt, non plus quam centum mortui sunt. Porro Rannulfus comes aliique victores urbem introierunt, totamque ut barbari depopulati sunt, et residuos cives quos invenire vel capere potuerunt, diversis mortium generibus, absque respectu pietatis, ut pecudes mactaverunt.

Peracta itaque pugna et rege capto, dissensio magna facta est in Anglorum regno. Henricus enim Guentoniensis episcopus (1) ad Andegavos se protinus convertit, et, comitissa in urbe regali favorabiliter recepta, fratrem suum regem et omnes qui de parte erant ejus omnino deseruit. Gualerannus autem comes et Guillelmus de Guarenna et Simon (2) aliique plures reginæ adhæserunt, et pro rege suisque heredibus viriliter pugnaturos se spoponderunt. Sic admodum malitia hinc et inde passim multiplicata est, et rapinis ac incendiis hominumque cædibus Anglia repleta est, et, quæ olim ditissima affluens fuerat, nunc miserabiliter desolata est.

XLIII. Josfredus autem Andegavensis comes, ut uxorem suam vicisse audivit, protinus in Normanniam venit, legatos ad proceres direxit, ac ut munitiones suas sibi dederent et pacifici essent jure requisivit. Primus, in sequenti quadragesima (3), Rotrocus Moritoniæ consul pacem cum illo fecit, et, rupto fœdere quod cum rege pepigerat, auxilium suum Andegavensibus exhibuit. Occasionem namque iræ contra regem nuper ceperat, quod ipsum pro ereptione Richerii nepotis sui requisierat, sed nihil per ipsum impetraverat. Richerius siquidem de Aquila dominico in septembri, dum beatæ Mariæ nativitas celebraretur (4), cum L militibus in Angliam pacifice pergebat, cumque ad burgum qui Lira dicitur (5) inermis pervenisset, a Rod-

(1) Voy. plus haut, p. 123.

(2) Simon de Senlis, comte de Northampton.

(3) Mars 1141.

(4) Le dimanche 8 septembre 1140.

(5) Lire, canton de Rugles (Eure).

berto de Bellismo, qui insidiabatur itineri ejus, subito captus est, cum quo firmam pacem habere sperabat. Denique Britolii sex mensibus in carcere fuit, et præfatus prædo cum nimia tyrannide terram ejus rapinis et incendiis sine causa devastavit. Rotrocus ergo comes, avunculus ejus, de tanta rabie multum doluit, et nepotem suum de vinculis et honorem ejus ab inimicis eruere concupivit, ideoque cum armatis frequenter explorare occursus ejus summopere curavit. Tandem, in fine octobris, volente Deo, prædonibus cum valida manu occurrit. Rodbertum et Mauricium, fratrem ejus, aliosque plures comprehendit; quibus dire, ut justum est, incarceratis, magnam securitatem innocuis pagensibus contulit. In medio quadragesimæ(1), principes regionum Moritoniæ convenerunt et colloquium de negotiis rei publicæ habuerunt. Ibi Hugo Rotomagensis archiepiscopus atque Normanni Tedbaldum comitem (2) adierunt, eique regnum Angliæ et ducatum Normanniæ obtulerunt. Ille vero tantarum, ut prudens et religiosus, prægravari curarum pondere refutavit, sed Josfredo, Henrici regis genero, interpositis quibusdam conditionibus, regium jus concessit, ita videlicet ut Turonicam urbem, quæ de feudo ejus erat, sibi dimitteret, fratremque suum Stephanum regem de vinculis absolveret, et pristinum honorem, quem vivente avunculo suo habuerat, ipsi et heredi ejus ex integro restitueret.

Tunc Rodbertus Legrecestriæ comes cum Rotroco fœdus iniit, et Richerium de Aquila, rogatu consulum

(1) Vers le 9 mars 1141.

(2) Thibaud IV, comte de Blois.

qui aderant, liberavit; pacem quoque cum Andegavensibus, donec de Anglia remearet, sibi et Gualeranno fratri suo procuravit. Vernolienses autem oppidani, in quorum conventu XIII milia hominum computabantur, qui olim pro rege terribiliter frendebant et minitabantur, considerantes quod Andegavensibus jam plures cederent, qui dudum obstiterant, emolliri a pristino rigore cœperunt, et, munitione reddita, dominatum Josfredi consulis et Mathildis susceperunt. Sic non multo post municipes de Nonencorte fecerunt (1).

Johannes vero Luxoviensis episcopus, jam grandævus et multa expertus diuturnitate, sine spe alicujus auxilii, guerram Andegavorum nolens jam diu sufferre, maxime cum videret illos cis Sequanam passim præminere, et plura vicinorum oppida pacifice sibi subjicere, consultu amicorum, in ultima septimana quadragesimæ (2), pacem fecit cum comite. Deinde ante Pentecostem (3), Cadomo reversus Luxovium, ex nimio æstu et labore infirmatus est, et post ægrotationem unius hebdomadis, XXXIV episcopatus sui anno, XII kalendas junii (4) defunctus est. Tunc Rotrocus Ebroicensis episcopus et Rannulfus Uticensis abbas aliique diocesis suæ abbates convenerunt, et in basilica sancti Petri apostoli corpus ejus ante aram sancti Michaelis ad aquilonalem plagam sepelierunt.

Tunc Ludovicus juvenis Francorum rex ingentem

---

(1) Verneuil et Nonancourt, arr. d'Évreux (Eure).

(2) Du 23 au 30 mars 1141.

(3) Avant le 18 mai 1141.

(4) 21 mai.

exercitum congregavit, ac ad festivitatem sancti Johannis Baptistæ (1) Tolosam obsidere perrexit, et in consulem Andefonsum Raimundi filium (2) præliari contendit.

XLIV (3). Ecce senio et infirmitate fatigatus librum hunc finire cupio, et hoc ut fiat pluribus ex causis manifeste exposcit ratio. Nam sexagesimum septimum ætatis meæ annum in cultu Domini mei Jesu Christi perago, et, dum optimates hujus seculi gravibus infortuniis sibique valde contrariis comprimi video, gratia Dei roboratus, securitate subjectionis et paupertatis tripudio. En Stephanus rex Anglorum in carcere gemens detinetur, et Ludovicus rex Francorum, expeditionem agens contra Gothos et Guascones, pluribus curis crebro anxiatur. En, præsule defuncto, Luxoviensis cathedra caret episcopo, et quando vel qualem habitura sit pontificem nescio. Quid amplius dicam? Inter hæc, omnipotens Deus, eloquium meum ad te converto, et clementiam tuam ut mei miserearis dupliciter exoro. Tibi gratias ago, summe rex, qui me gratis fecisti, et annos meos secundum beneplacitam voluntatem tuam disposuisti. Tu es enim rex meus et Deus meus, et ego sum servus tuus, et ancillæ tuæ filius, qui pro posse meo a primis tibi vitæ meæ servivi diebus. Nam (4) sabbato Paschæ

---

(1) 24 juin 1141.

(2) Alfonse-Jourdain, comte de Toulouse, fils de Raimond IV de Saint Gilles.

(3) Ce qui suit manque dans le ms. de Saint Évroul. Nous suivons le texte du ms. de Dupuy.

(4) Nous ne ferons aucune observation sur le touchant récit qui va suivre. Nous avons déjà, dans les livres précédents, donné quelques notes

adhibuerunt, nobisque necessaria, te comitante et juvante, procuraverunt. Idus martii, cum XVI essem annorum, jussu Serlonis electi, Gislebertus Luxoviensis præsul ordinavit me subdiaconum. Deinde post biennium, VII kalendas aprilis, Serlo Sagiensis antistes mihi imposuit diaconi (1), in quo gradu XV annis tibi libenter ministravi. Denique, XXXIII ætatis meæ anno, Guillelmus archiepiscopus Rotomagi, XII kalendas januarii, oneravit me sacerdotio. Eodem vero die, CCXLIV diacones et CXX consecravit sacerdotes, cum quibus ad sanctum altare tuum in Spiritu sancto devotus accessi, jamque XXXIV annis cum alacritate mentis tibi sacra ministeria fideliter persolvi.

Sic, sic, Domine Deus, plasmator et vivificator meus, per diversos gradus mihi dona tua gratuito dedisti, et annos meos ad servitutem tuam juste distinxisti. In omnibus locis, ad quæ jam dudum me duxisti, a tuis amari, non meritis meis, sed munere tuo me fecisti. Pro universis beneficiis tuis, benigne Pater, tibi gratias ago, toto corde laudo et benedico, et pro innumeris reatibus meis misericordiam tuam flebiliter imploro. Parce mihi, Domine, parce, et ne confundas me. Ad infatigabilem bonitatem tuam pie plasma tuum respice, et omnia peccata mea dimitte et absterge. Perseverantem in tuo famulatu da mihi voluntatem, viresque indeficientes contra versipellis Sathanæ malignitatem, donec adipiscar, te donante, perpetuæ salutis hereditatem. Et quæ mihi, benigne Deus, hic et in futuro dari deposco, hæc amicis et benefactoribus meis peropto. Hæc etiam

(1) Suppléez *ordinem*.

cunctis fidelibus tuis secundum providentiam tuam concupisco. Ad obtinenda perennia bona, quibus ardenter inhiant desideria perfectorum, quia nostrorum non sufficit efficacia meritorum, o Domine Deus, omnipotens Pater, conditor et rector angelorum, vera spes et æterna beatitudo justorum, subveniat nobis apud te gloriosa intercessio sanctæ virginis et matris Mariæ et omnium sanctorum, præstante Domino nostro Jesu Christo redemptore universorum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti, Deus per omnia secula seculorum. Amen.

FINIS.

52. Claudius Judeos Roma expulit.

53. Fames maxima, de qua Lucas refert.

56. Defuncto Claudio, successit Nero, sub quo persecutio I. Festus procurator Judeę, a quo Paulus vinctus mittitur. Mitius tunc adhuc degente Nerone, ad predicandum post biennium dimittitur.

62. Sanctus Jacobus frater Domini lapidatur martyr.

63. Marcus evangelista martyr.

67. Linum et Cletum episcopos ordinavit Petrus ad explenda exteriora ministeria; ipse vero orationi et verbo instabat.

70. Neroni successit Vespasianus.

71. Petrus crucifixus. Paulus decollatus.

72. Linus episcopus. Clemens successit Petro.

Jerosolimorum subversio sub Vespasiano.

78. Cletus papa vel episcopus.

80. Titus imperator.

82. Domicianus frater Titi.

83. Persecutio secunda.

Johannes in Patmo insula relegatur.

86. Obiit Cletus.

87. Clemens papa.

96. Sanctus Dionisius martyr.

97. Domiciano successit Nerva (1). Hic primo edicto suo cunctos exules relaxavit; unde et Johannes Ephesum rediit.

98. Nerva (2) successit Trajanus imperator, ab urbe condita DCCCL.

99. Johannes apostolus ab exilio rediit. Obiit Clemens papa.

101. Idem apostolus Johannes LXmo VIIIvo anno post passionem Domini, ętatis suę anno XCVIII (?), moritur.

Symeon, Jerosolimorum episcopus.

Ignacius, Antiochię episcopus, Romę bestiis traditus.

103. Plinius secundus historicus claruit.

104. Evaristus papa.

114. Alexander papa. Hic constituit aquam benedictam fieri.

115. Simon Jerosolimorum episcopus crucifigitur.

---

(1) Ces trois mots, ajoutés au xve siècle dans A, manquent dans B.

(2) Sic.

117. Hadrianus Helius imperator Jerosolimam murorum extructione reparavit et Heliam vocari de nomine suo precepit. Idem Judeos secundo rebelles perdomuit ultima cede, ablata licentia Jerusalem introeundi.

119. Aquila interpres habetur.

124. Xistus papa. Hic constituit ymnum decantare *Sanctus, sanctus, sanctus*, in officio missę.

134. Telesphorus papa. Hic constituit ymnum angelicum cantari *Gloria in excelsis Deo* diebus festis.

138. Antoninus imperator Pius, cum filiis suis Aurelio et Lucio.

139. Justinus philosophus Valentinus et Marcion heretici.

145. Higinus papa.

149. Pius papa, sub quo Hermes scripsit librum Pastoris.

157. Policarpus Romam adveniens multos ab heresi liberavit.

161. Marcus Antoninus Verus imperator cum fratre Lucio Aurelio Commodo.

162. Persecutio quarta.

Galienus medicus claruit.

163. Catafrigarum heresis exorta est.

168. Anicetus papa.

179. Soter papa.

180. Antonino successit Commodus.

181. Ireneus Lugdunensis episcopus insignis habetur.

183. Teodocion interpres habetur.

188. Eleuther papa. Lucius, Britannię rex, missa ad eum epistola, se christianum fieri impetrat.

193. Interfecto Commodo, successit Helius Pertinax.

194. Quo defecto (1), imperator Severus Pertinax.

195. Symmacus interpres habetur.

196. Persecutio V.

Narcissus Jerosolimorum et Teophilus Cesareę episcopi habentur.

202. Victor papa. Hic constituit ut Pascha die dominico celebretur sicut pre[de]cessor ejus Eleuther.

212. Severo successit Antoninus Caracalla.

---

(1) A porte *defect* avec une abréviation.

Zephirinus papa.

215. Tertullianus claruit.

218. Sub hoc Abgarus regnavit.

219. Calixtus papa.

Mortuo Antonino, successit Macrinus.

220. Defuncto Macrino, successit Marcus Aurelius Antoninus.

221. Emmaus, in qua cognoverunt Dominum discipuli, in urbem ędificatur.

224. Aurelio successit Alexander.

225. Hujus mater Mammea Origenem, Antiochię accitum, summo honore habuit.

226. Urbanus papa. Hic constituit cathedram episcopalem sullimem fieri.

227. Origenes Alexandrię clarus habetur.

230. Poncianus papa.

235. Anterus papa.

237. Alexandro successit Maximus.

238. Persecutio VIa.

Anterus papa.

240. Interfecto Maximo, regnat Gordianus.

241. Africanus inter scriptores nobilis habetur.

242. Fabianus papa.

243. Eraclas claruit.

247. Philippus imperator, primus christianus imperator.

249. Millesimus annus ab urbe condita.

254. Phylippo successit Decius.

Cornelius papa. Hic de catacumbis levavit per noctem corpora apostolorum, et posuit Pauli quidem via Ostensi ubi decollatus est, Petri autem juxta locum ubi crucifixus est.

255. Defuncto Decio, imperator Gallus cum Volusiano filio.

256. Persecutio VIIa.

Novatiana heresis.

257. Mortuo Gallo successit Valerianus cum Gallieno filio, sub quibus Cornelius papa et Ciprianus episcopus martyrio coronantur.

Lucius papa.

259. Persecutio VIIIa.

261. Stephanus papa.

265. Xistus papa cum Laurentio diacono.

268. Dionisius papa.

270. Valeriano successit Claudius.

Felix papa.

Paulus Samosathenus heresim condidit.

273. Claudio successit Aurelianus. Hic cum christianis persecutionem movisset, fulmen ante eum, magno circumstantium pavore, ruit.

275. Persecutio VIIII[a].

278. Defuncto Aureliano, imperator Tacitus.

279. Tacito successit Probus.

Manicheorum heresis exorta est.

281. Gaius papa.

283. Defuncto Probo, imperator Carus.

285. Mortuo Caro, successerunt Diocletianus et Maximianus.

286. Decima persecutio.

293. Marcellinus papa.

301. Marcellus papa.

306. Mortuis Diocletiano et Constancio, imperator Constantinus successit.

Eusebius papa.

Sanctus Mallonus Rotomagensis episcopus.

308. Melchiades papa.

310. Constantinus imperator.

Annus ab urbe condita MLXI.

312. Sanctus Silvester papa XXIII. Hujus tempore celebratur Nicenum concilium; Arelatense quoque primum, in quo fuit Avicianus Rotomagensis archiepiscopus.

325. Severus Rotomagensis archiepiscopus.

332. Sanctus Martinus natus est.

335. Marcus papa.

336. Constantino successit Constancius cum Constantino et Constante fratribus.

337. Ossa Andreę et Lucę Constantinopoli transferuntur.

338. Julius papa.

Maximinus Treverorum episcopus clarus habetur, a quo Athanasius Alexandrinus exilio pulsus suscipitur.

340. Hilarius Pictavensis ad ecclesiam rediit.

341. Transitus sancti Nicholai.

Eusebius Rotomagensis archiepiscopus.

352. Liberius papa.

359. Felix papa.

360. Pagani apud Sebastem urbem ossa sancti Johannis Baptistę concremant flammis atque dispergunt.

361. Mortuo Constantino successit Julianus.

362. Defuncto Juliano successit Jovianus.

Felix papa.

363. Mortuo Joviano successit Valentinianus.

365. Iste XVII annus Constancii imperatoris, quando Antonius monachus moritur.

Tunc Cesarauguste Petrus orator insignis habetur.

366. Hilarius Pictavensis obiit.

Marcellinus archiepiscopus Rotomagensis.

367. Damasus papa.

368. Hoc tempore Mediolano sanctus Ambrosius episcopus ordinatur.

373. Hoc tempore obiit Hilarius episcopus.

374. Mortuo Valentiniano, regnat Valens cum Gratiano et Valentiniano.

375. Ambrosium perfida obsidione vexavit nec prius quam prolatis beatorum Gervasii et Protasii martirum, Deo revelante, reliquiis incorruptis nefanda cepta deseruit.

379. Defuncto Valente, successit Teodosius, qui Gratiano vivente sex annis, post mortem ejus XI.

Hoc tempore celebratur Constantinopolitanum concilium CL patrum adversus Macedonium et Eunomium sub Damaso.

385. Siricius papa.

386. Petrus Rotomagensis archiepiscopus.

387. Sanctus Martinus ordinatur episcopus.

395. Teodosio successit Archadius.

400. Anastasius papa.

403. Innocentius papa. Hic misit decretalem epistolam Victricio Rotomagensi archiepiscopo. Hic constituit sabbato jejunare, quia eo die Dominus jacuit in sepulchro.

405. Sanctus Victricius Rotomagensis archiepiscopus.

407. Donatus Epiri episcopus virtutibus insignis habetur, qui ingentem draconem oris sui sputo necavit, quem octo juga boum vix trahere potuerunt ad loca incendii.

409. Archadio successit Honorius.

410. Hoc tempore inventio corporis sancti Stephani martyris et sociorum ejus.

412. Obitus sancti Martini Turonensis archiepiscopi.

413. Hoc tempore sanctus Jeronimus presbiter.

417. Sanctus Innocentius Rotomagensis archiepiscopus.

418. Zosimus papa. Hic fecit benedictionem cerei.

419. Bonefacius.

420. Obiit Jeronimus presbiter.

423. Honorio successit Teodosius Archadii filius.

Celestinus papa. Hujus tempore aggregata est Ephesina sinodus cc episcoporum, cui prefuit Cirillus Alexandrinus.

Hoc tempore Augustinus obiit presul, adversus Nestorium Constantinopolitanum episcopum.

425. Hujus temporis etate extitit exordium regum Francorum. Primus Faramundus.

426. Sanctus Evodus Rotomagensis archiepiscopus.

430. Secundus Clodio rex Francorum.

431. Xistus papa. Hoc tempore diabolus in Creta judeis in specie Moysi apparens ad terram repromissionis per mare pede sicco perducere promittit, sicque plurimis necatis, reliqui ad Christi gratiam convertuntur.

432. Maximus episcopus Taurinensis in sermonibus componendis facundus habetur.

434. Silvester Rotomagensis archiepiscopus.

437. Tercius Meroveus rex Francorum.

439. Leo papa. Hic sancivit Calcedonensem sinodum.

442. Malsonus Rotomagensis archiepiscopus.

449. Teodosio successerunt Marcianus et Valentinianus.

Hujus tempore celebratur Calcedonense concilium dcxxx episcoporum adversus Euticen abbatem et Dioscorum.

450. Mortuo Meroveo regnat pro eo Childebertus filius suus.

451. Germanus Rotomagensis.

455. Marciano successit Leo.

459. Criscentius Rotomagensis archiepiscopus.

461. Hilarius papa.

467. Simplicius papa.

472. Leoni successit iterum Leo.

473. Mortuo Childerico, regnat Clodoveus. Mortuo Leone, regnat Zenon.

Hoc tempore claruerunt sanctus Remigius Remensis archiepiscopus, et sanctus Gildardus Rotomagensis, et Laudus Constanciensis episcopus quem consecravit Gildardus.

482. Felix papa.

488. Hoc anno baptizatur Clodoveus a beato Remigio.

489. Mortuo Zenone, imperator Anastasius.

490. Hoc tempore beatus Mamertus Viennensis episcopus solennes lętanias instituit, id est rogationes.

491. Gelasius papa. Hic fecit tractatus et ymnos et libros adversus Eutichen et Nestorium.

492. Clodoveo successit Teodericus.

495. Anastasius papa.

497. Simmacus papa.

499. Hoc tempore claruit sanctus Flavius Rotomagensis archiepiscopus.

509. Obiit sanctus Benedictus.

512. Hormisda papa.

513. Justinus senior imperator.

514. Theoderico successit Teodebertus.

517. Mortuo Anastasio successit Justinus senior.

In hoc anno natus fuit secundus pater noster Ebrulfus.

521. Johannes papa.

523. Felix papa.

525. Justino successit Justinianus (1).

527. Teodeberto successit Teodebaldus I anno. Cui successit Clotharius, post quem IIII^or filii : Parisius, Aurelianum, Suessionis, Haribertus, Guntrannus, Hilpericus; Sigebertus, Metis.

Bonifacius papa.

Hoc tempore Dionisius in urbe Roma paschalem circulum composuit.

Tunc Priscianus profunda gramaticę rimatus est.

530. Johannes papa.

Tum Arator, subdiaconus Romanę ęcclesię, poeta claruit.

533. Agapitus papa.

534. Sanctus Pretextatus archiepiscopus Rotomagensis (2).

---

(1) B ajoute : *Hoc tempore Benedictus claruit et Cassiodorus apud Romam claruit.*

(2) B ajoute : 542. *Obiit Arturus rex Britonum.*

544. Silverius papa.

546. Vigilius.

556. Hoc tempore Sigibertus rex Francorum occisus est fraude Hilperici germani sui cum quo bellum inierat, regnumque ejus Childebertus filius ejus adhuc puerulus cum Brunichilde matre regendum suscepit.

562. Pelagius papa.

565. Justinus minor imperator.

573. Johannes papa.

576. Justino successit Tiberius.

579. Chilpericus rex Francorum.

581. Pelagius papa.

582. Tiberio successit Mauricius.

Interficitur Pretextatus archiepiscopus Rotomagensis, cui succedit Melantius, licet indigne, quia, ut ferunt, de necis ejus consensu calumniatus est.

585. Childebertus rex Francorum. — Benedictus papa.

588. Lotharius rex.

In hoc anno fuit natus sanctus Audoenus.

589. Childebertus rex Ingundem sororem suam Erminaldo Levigitdo Wisigothorum tradidit. Ortatione Leandri Hispalensis episcopi et suę conjugis ad fidem catholicam conversus est.

591. Gregorius papa. Hic augmentavit in predicatione canonis : *Diesque nostros in tua pace dispone.*

594. Hildulfus Rotomagensis archiepiscopus.

596. Obitus sancti Ebrulfi abbatis.

Hoc tempore monasterium sancti Benedicti a Languobardis destructum est. Post sanctum Benedictum Constantinus; post, Simplicius; post, Vitalis; post, Bonitus sub quo destructio facta est.

598. Teodebertus rex Francorum, et Teodericus, cum Lothario patruele suo bellum gessit eumque vehementer afflixit.

603. Defuncto Mauricio, qui fuit primus Grecorum imperator, successit Focas.

605. Obitus sancti Gregorii pape.

606. Savinianus papa.

608. Bonifacius papa.

609. Defuncto Foca, successit Heraclius.

611. Hoc tempore sanctus Columbanus claruit et Luxoviam construxit et post Bobium infra Italiam.

615. Deusdedit papa.

617. Hoc tempore occisus est Theodebertus rex Francorum et facta est gravissima pugna inter eos.

Bonifacius papa. Hic petiit a Foca principe templum pantheon.

620. Dagobertus rex.

621. Honorius papa.

622. Sanctus Romanus mire sanctitatis archiepiscopus Rotomagensis claruit.

625. Hic ciclus Dionisii quinque decennovenalibus constat, hoc est XCV annis, sumitque exordium a tricesimo anno incarnationis Domini, et desinit in DC^mo^ XX^mo^ VI^to^ anno. Hic ordo decennovenalis, quem Greci ennia kai decaderida (1) vocant, a sanctis patribus in Nicea sinodo fuit constitutus, in quo XIIII^am^ lunam paschalem omni anno sine ulla falsitate reperiunt.

633. Flodoveus rex filius Dagoberti. — Severinus papa.

634. Johannes papa.

635. Teodorus papa. — Sanctus Audoenus ordinatur episcopus.

637. Eraclio successit Heraclonus.

640. Mortuo Heraclono, successit Constantinus. Mortuo Constantino, regnat Constantinus frater ejus.

Martinus papa.

642. Paulus, Constantinopolitanus episcopus, heresim condit.

647. Eugenius papa.

649. Vitalianus papa.

655. Sanctus Philibertus.

657. Sanctus Wandregisilus abbas.

659. Mortuo Flodoveo, regnat Clotarius filius.

664. Adeodatus papa.

668. Donus papa.

669. Mortuo Constantino, iterum successit Constantinus.

Agato papa.

Eglipsis lunę.

Mortalitas gravissima.

671. Leo papa.

672. Benedictus papa.

673. Johannes papa.

---

(1) *Dekadeda*, B.

677. Sanctus Audoenus migravit ad Dominum, cui successit sanctus Ansbertus archiepiscopus.

679. Clothario successit Teodericus, et Childericus regnum invaserunt (1).

681. Leo papa.

682. Mortuo Childerico, regnat Teodericus.

683. Benedictus.

684. Defuncto Constantino, successit Justinianus junior.

Johannes papa.

686. Conon papa.

687. Pipinus primus major domus efficitur. Fiunt anni ab inicio mundi secundum Ysidorum v^{m} dcccc^{ti} xc^{ta} viii^{to}. — Sergius papa.

690. Cedual rex Anglorum Romę obiit. Teodorus Dorobernię archiepiscopus obiit.

694. Defuncto Justiniano, successit Leo.

695. Obiit sanctus Ansbertus Rotomagensis archiepiscopus. Successit Gripo.

696. Willebrordus a Sergio papa ordinatur episcopus Fresionum.

697. Leoni successit Tiberius.

698. Teoderico successit Clodoveus.

700. Clodoveo successit Childebertus frater ejus.

704. Defuncto Tiberio, successit Justinianus.

708. Johannes papa.

710. Justino successit Philipicus. — Sisinnius papa.

711. Defuncto Philipico, successit Anastasius.

Constantinus papa.

713. Sanctus Vulfrannus.

714. Anastasio successit Teodosius.

715. Defuncto Teodosio, successit Leo.

716. Mortuo Childeberto, successit Dagobertus.

717. Karolus filius Pipini major domus fit.

718. Pugna in Vinciaco Karoli Martelli contra Ragenfredum tirannum; quo victo, Andegavis ei concessa est.

Gregorius papa.

719. Ranilandus Rotomagensis archiepiscopus.

720. Mortuo Dagoberto, Franci vero Danielem clericum regem levaverunt.

---

(1) Sic.

722. Hugo archiepiscopus. Hic fuit episcopus Rotomagensis; prȩfuit etiam ȩcclesiis Parisiacensi, Baiocensi; abbatiis etiam Gemmeticensi et Fontanellensi.

724. Defuncto Leone, successit Constantinus.

729. Beda claruit.

730. Obiit sanctus Hugo Rotomagensis archiepiscopus. Successit Ratbertus.

Berthualdo Dorovernensi archiepiscopo Tatuvinus successit.

734. Gregorius papa.

738. Defuncto Grimone, successit Ragenfridus archiepiscopus.

741. Karolo defuncto, Karlomagnus et Pipinus majoratum domus adipiscuntur.

743. Zacharias papa.

746. Karlomagnus Romam perrexit et monachus factus est in monte Sarepte, ubi ecclesiam in honore sancti Silvestri construxit, et inde in Cassinum monasterium sancti Benedicti transiit.

752. Pipinus rex efficitur.

Stephanus papa.

753. Wido abbas Fontinellȩ.

754. Constantinus Leonis filius Constantinopoli sinodum ccc xxx episcoporum congregat.

755. In hoc anno domnus Remigius adeptus est sedem ȩcclesiȩ Rotomagensis, ejecto ab episcopatu Ragenfrido.

756. Ibi benedictus est Pipinus rex a sancto Stephano papa Parisius et filius ejus Karolus et Karlomagnus et filia Sigila inter sacra missarum solennia, precipiente sancto Petro et sancto Paulo et beato Dionisio.

757. Sanctus Bonefacius Maguntius archiepiscopus.

758. Paulus papa.

761. Constantinus imperator Pipino donaria mittit.

763. Hiemps illa maxima.

766. Paulus papa obiit.

767. Constantinus papa.

768. Pipinus rex obiit VIII kalendas octobris.

Stephanus papa.

769. Initium regni Karoli regis.

771. Karlomagnus frater Karoli obiit II nonas decembris.

Adrianus papa.

772. Meinardus Rotomagensis archiepiscopus.

774. Karolus Romam vadit; inde reversus, Papiam cepit cum rege Desiderio, captis civitatibus et direptis universis Italię.

776. Conversio Saxonum.

778. Karolus Pampiloniam urbem destruxit; apud Cesaraugustam exercitum suum conjunxit, et, acceptis obsidibus subjugatisque Sarracenis, per Narbonam et Vuasconiam Franciam rediit. Karolus in Yspanias intravit. Karolus Saxoniam venit.

780. Saxonia capta est.

Guillebertus Rotomagensis archiepiscopus.

781. Karolus Romam vadit.

783. Leo filius Constantini imperat annis v. Witichingis cum sociis in Antiniaco baptizati partem regni sui contulerunt.

786. Signum crucis in vestibus. Iterum Karolus Romam perrexit. Deinde ad Sanctum Benedictum et Capuam.

787. Constantinus cum Irene matre sua imperat.

788. Karolus per Alemanniam venit ad fines Bavuarię.

790. Tassilo dux venit in Franciam, et Bavuaria capta est.

792. Karolus pergit in Sclavos qui dicuntur Vulti. Sinodus facta est Franconovurt, presidentibus apostolicę sedis legatis Teophilato et Stephano episcopis, et, auctoritate sanctorum, Felix episcopus, qui dogmatizabat Dominum Jesum non proprium sed adoptivum Dei esse filium, dampnatus est et perpetuo exilio religatus.

793. Karolus rex Hungrorum regnum vastat.

796. Leo papa.

799. Terrę motus magnus factus est, qui pene totam Italiam concussit et tectum ęcclesię beati Pauli cum suis trabibus magna ex parte dejecit.

800. Domnus Karolus rex imperator factus est et a Romanis appellatus est Augustus; qui illos qui Leonem papam dehonestaverant morte dampnavit; sed, precibus papę, morte indulta, exilio detrusit. Ipse enim papa Leo imperatorem eum sacraverat.

804. Leo papa in Franciam venit et in Carisiaco villa nativitatem Domini cum Karolo imperatore celebravit.

805. Nichephorus frater Irene Constantinopolim regit.

808. Transitus sancti Liudgeri episcopi et confessoris, capellani ipsius Karoli.

810. Karolus cum Nicheforo imperatore Constantinopolitano pacem fecit.

811. Nicheforus obiit. Michael imperator, gener ejus, qui Karolo imperatori legatos suos cum pace mittit.

813. Karolus apud Aquisgranii palacium Ludovico filio suo coronam imperii imposuit. In v partibus regni sui scilicet Moguncíaco, Remis, Turonis, Cabillone, pro utilitate christianitatis, concilia celebrari fecit.

814. Leo filius Barde vi annis successit.

Karolus imperator obiit.

Inicium regni Ludovici filii ipsius Karoli Magni.

815. Bernehardus rex Langobardorum excecatus et mortuus est.

819. Imperator Ludovicus perrexit in Britanniam interfecto Mormanno.

820. Michael imperator.

Stephanus papa.

821. Paschalis papa.

822. Fames valida.

823. Visio Vuetani.

Natus est Karolus filius Ludovici in Franconofurt idibus junii, in quo palacio novo illo anno imperator hiemavit et a Paschali papa in die paschę Romę coronatus et imperator est appellatus.

825. Alia vice rex Ludovicus perrexit in Britanniam.

827. Eugenius papa.

828. Teophilus imperator Constantinopolitanus. — Ragnoardus episcopatum Rotomagensem accepit.

831. In isto anno dereliquerunt Ludovicum et elegerunt Lotharium.

Valentinus papa.

833. Redditum est Ludovico regnum.

834. Gregorius papa.

836. Herio insula, translatio sancti Filiberti, vii idus junii, quando Normanni vastaverunt Britanniam et alias terras.

838. In isto anno accepit Gumboldus episcopatum Rotomagensem.

839. Michahel Teophili filius patri successit.

840. Ludovicus imperator obiit xii kalendas julii, et Droco frater ejus detulit ad sepeliendum Mediomatricum civitatem.

841. Bellum inter tres fratres scilicet Ludovicum, Lotharium et Karolum, filios Ludovici imperatoris, haut procul ab urbe Autisio-

dorensium in quo christianus utrinque populus mutua se cede prostravit, VII kalendas julii, diviso regno.

842. Translatio sancti Audoeni (1) episcopi quando Normanni vastaverunt Rotomagum et succenderunt monasterium illius, idus mai.

848. Sergius papa.

849. Paulus archiepiscopus ordinatus suit.

851. Hoc tempore venerunt Normanni in Sequanam.

852. Leo papa.

Et iterum venerunt alii Normanni.

855. Obiit Lotharius imperator filius Ludovici. — Obiit Paulus archiepiscopus. — In hoc quoque anno fuit ordinatus Wanilo archiepiscopus.

859. In isto anno cepit gelare II kalendas decembris et finivit nonis aprilis.

860. Benedictus papa.

862. Nicholaus papa.

865. Venerunt Normanni medio julio.

866. Basilius, occiso Michahele domino suo, XX annis. — Obiit Wanilo archiepiscopus, cui successit Adalardus.

868. Fames valida.

869. Item fames et mortalitas hominum et pestis animalium. — Obiit Adalardus, cui successit Riculfus.

871. Ventus validus.

Adrianus papa.

872. Obiit Riculfus, cui successit Johannes.

874. Johannes archiepiscopus Rotomagensis obiit.

875. Obiit Witto, cui successit Franco.

876. Obitus Ludovici regis. Iterum Karolus Italiam ingreditur et eandem terram Karlomagnus per aliam viam intravit. Inde Karolus territus fugit et in eodem itinere mortuus est.

Johannes papa.

Hoc anno Rollo cum suis Normanniam penetravit XV kalendas decembris.

879. Ludovicus rex Saxonum, adhuc fratre suo Karlomagno vivente, Bavuariam ingreditur. Inicium belli Francorum contra

---

(1) *Ambrosii* B.

paganos. Ludovico filio Ludovici regis primum exeunte ad pugnam Deoque donante, potiti sunt victoriam, et pars innumerabilis eorum maxima cecidit.

884. Sedes Normannorum in Diusburg.

886. Marinus papa.

887. Leo et Alexander filii Basilii XXII annis regnaverunt.

888. Karolus imperator obiit. Arnulfus rex imperator efficitur.

Adrianus papa.

889. Stephanus papa.

893. Inicium regni Karoli pueri. Hujus miles Hagano.

Hoc tempore capta est civitas Ebroacensis; sed episcopus, Sebar nomine, Deo auctore, evasit.

898. Hungari Italiam ingressi multa fecerunt, et Arnulfus obiit imperator, ac Ludovicus in regem elevatur.

Hoc tempore Rollo cum exercitu suo Carnotensem civitatem obsedit. Sed episcopus ejusdem urbis, Waltemus nomine vir religiosissimus, Ricardum Burgundię ducem et Ebalum Pictavensium comitem in suo auxilio provocans, tunicam sanctę Marię virginis in manibus ferens, Rollonem ducem divino nutu fugavit et civitatem liberavit.

900. Zendebaldus rex filium Arnulfi occidit (1).

904. Bellum inter Conradum et Adalbertum francos, in quo Conradus cecidit.

908. Alexander uno anno Constantinopolim regit. Hungari Saxoniam et Thuringiam vastant.

909. Constantinus Porphirogenitus Leonis filius cum matre sua Zoe.

911. Ludovicus filius Arnulfi obiit. Burcardus rex occiditur. Conradus filius Conradi in regem elevatur.

Hoc anno baptizavit Franco Rollonem.

913. Romanus Armeniacus cum predicto Constantino annis XXVI.

914. Facta est pax inter Karolum et Rollonem deditque ei Karolus filiam suam nomine Gislam, de qua nullum filium habuit.

---

(1) Cet article est copié deux fois: la première, en regard de l'an 900; la seconde, en regard de l'an 902.

915. Hoc tempore relatus est beatus Audoenus de Francia in Normanniam.

917. Mortua Gisla accepit Rollo uxorem Popam filiam comitis, de qua genuit filium nomine Willemum. — Obiit Rollo primus dux Normannorum, cui successit Willemus filius ejus.

919. Cunradus rex obiit et Henricus successit.

Hoc tempore obiit Franco, cui successit Gunhardus.

922. Hoc tempore obiit Karolus, cui successit Ludovicus.

927. Hoc tempore firmata est amicicia inter regem Francię Ludovicum et Henricum regem Theutonum; in quo placito fuit Willemus dux Normannorum et Ricardus dux Burgundionum. Willemus vero de placito rediens filium Ludovici Lotharium Lucdono de sacro fonte levavit.

934. Henricus obiit et Otto successit.

Hoc tempore factum est pręlium inter Willemum comitem et Rithulfum fraudulentum cęterosque infideles Willemi comitis in loco qui dicitur Pratum Belli.

938. Constantinus cum Romano puero filio suo annis xv.

942. Occiditur Willemus dux Normannorum filius Rollonis xvi kalendas januarii, cui successit Ricardus filius ejus qui Vetus dicitur.

Obiit Gunhardus episcopus, cui successit Hugo, monachus habitu, non opere.

945. Hoc anno fuit Herluinus interfectus.

951. Otto rex Italiam ingressus fuit eamque sibi subjugavit.

953. Stephanus et Constantinus filii Romani patrem suum de solio regni deponunt. Sed Constantinus ambos similiter deponit, et ipse cum Romano filio suo xvi annis regnavit.

957. Liudulfus, Ottonis regis filius, subjugata sibi Italia, ibidem obiit.

961. Otto puerulus in regem elevatur in Aquisgranii palacio.

969. Nicheforus imperator.

972. Otto imperator obiit.

Hoc tempore venit Aigroldus rex Danorum consilio Normannorum fidelium Ricardi pueruli in Normanniam et pugnavit contra Ludovicum regem, in quo prelio occisus est Herluinus comes Musterioli et rex Ludovicus captus est. Sed Getberga regina, consilio Hugonis Magni, filium suum Lotharium in obsidem et duos episcopos Hildierum Belvacensem et Gidonem Suessoniensem pro

observanda fide misit, et rex e captione liberatus est, et Ricardus in patria comes firmiter est corroboratus.

976. Lotharius rex Francorum obiit et Ludovicus filius ejus IX annis regnavit.

979. Johannes, occiso Nicheforo, per uxorem ejus regnavit, cujus neptis Teophania Ottoni imperatori nupsit.

983. Otto junior imperator obiit, et Otto filius ejus infans successit.

986. Hoc tempore obiit Ludovicus, et Hugo Magnus Karolum Ludovici fratrem cepit et pro illo regnavit.

989. Robertus archiepiscopus Rotomagensis.

993. Robertus rex Francię.

996. Obiit primus Ricardus dux Normannorum filius Willemi, cui successit Ricardus secundus filius ejus.

999. Gerbertus papa.

1002. Otto imperator obiit et Henricus successit.

1003. Johannes papa.

1006. Obiit Hildebertus abbas, qui restauravit monasterium sancti Audoeni.

1017. Obiit Juditta comitissa.

1024. Henricus imperator obiit. Successit ei Cono imperator Augustus.

Obiit Benedictus papa.

1025. Obiit Willemus monachus, filius Ricardi comitis.

1026. Obiit Ricardus secundus dux Normannorum. Successit Ricardus tercius qui eodem anno mortuus est. Robbertus frater ejus successit.

1031. Obiit Rotbertus rex Francię cui successit Henricus filius ejus. — Obiit Gunnordis comitissa.

1033. Obiit Mathildis filia Ricardi comitis.

1034. Johannes frater Benedicti papa.

1035. Obiit Rotbertus dux Normannorum, cui successit Willemus filius ejus in puerili ętate.

1036. Benedictus papa, nepos Benedicti et Johannis.

1037. Obiit Rodbertus archiepiscopus. Successit Malgerius qui culpa exigente depositus est.

1039. Obiit Conradus imperator. Successit Henricus filius ejus. Clemens papa. Suicherus dictus Bavenbergensis episcopus.

1042. Mortalitas hominum magna.

1047. Bellum apud Vallium Dunas.

1048. Damasus papa.

1049. Hoc anno Leo papa concilium Remis habuit.

1050. Restaurata fuit abbatia Sancti Ebrulfi, quę a Danis fuerat destructa, et quidam venerabilis monachus Gemmeticensis nomine Theodericus, fuit abbas effectus.

1054. Bellum apud mare Mortuum.

Leo papa qui et Bruno obiit.

1055. Deposito Malgerio, successit Maurilius Rotomagensis archiepiscopus.

1056. Obiit Henricus Romanus imperator, cui successit Henricus filius ejus.

1057. Obiit Victor papa.

1058. Obiit Stephanus papa.

Theodericus abbas regimen ęcclesię Uticensis dimisit et in Cipro secessit, cui successit Robertus de Grentemaisnil.

1060. Obiit Henricus rex Francorum. Cui successit Philippus filius ejus.

Hoc anno Robertus abbas perrexit Romam et Obernus prior Cormeliensis factus est abbas.

Nicholaus papa.

Hoc anno ordinatur Johannes Abrincensis mense septembri.

1062. Alexander papa secundus.

1063. Hoc anno subjugata est Cinomannis comiti Normannorum Willemo.

Dedicatio sanctę Marię Rotomagensis ęcclesię.

1065. Obiit Etwardus rex Anglorum.

1066. Cometa apparuit.

Conanus comes Britannię obiit.

Willemus dux Normannorum transiit mare III kalendas octobris cum valida Normannorum manu. Cui Heroldus occurrit cum eo pugnaturus, conmissoque pręlio II idus octobris, ruit Heroldus ejusque exercitus. Post hoc Willemus elevatur in regem die natalis Domini apud Londoniam, Anglorum maximam urbem.

Lanfrancus primus Cadomensium abbas effectus est, defuncto que Osberno successit in regimine Uticensium Mainerius.

1067. Obiit Maurilius Rotomagensis, qui fuerat monachus Fiscannensis.

1069. Huic successit Johannes filius Radulfi fratris Ricardi qui

prius Abrincensi ęcclesię vii annis et iiibus mensibus prefuit. [Qui], rogatu Alexandri papę, concedente Willemo principe Normannorum et rege Anglorum, adeptus est cathedram Rotomagensis ęcclesię.

1073. Gregorius papa prius Hildebrannus.

Hoc anno invaserunt monachi sancti Audoeni Johannem Rotomagensem archiepiscopum. . . . .

1074. Hoc anno congregatum est concilium in Rotomagensi urbe, presidente Willemo Anglorum rege Normannorum principe, et Johanne archiepiscopo cum suis suffraganeis Odone Baiocensi episcopo, Hugone Luxoviensi, Michaele Abrincensi, Gisleberto Ebroacensi, Rodberto Sagiensi.

1075. Hoc anno optulit Willemus rex Anglorum die sancto Paschę in ecclesia Fiscannensi filiam suam per manum Johannis archiepiscopi Deo consecrandam. Inibi etiam instituit legem sanctam, scilicet ne aliquis homo aliquem hominem assalliret pro morte alicujus sui parentis nisi patrem aut filium interfectores (1).

1077. Hoc anno dedicatio sancti Stephani ecclesię Cadomi.

1079. Obiit Johannes Rotomagensis archiepiscopus. Huic Johanni successit Willemus Rotomagensis archiepiscopus, qui fuerat monachus et abbas sancti Stephani Cadomensis.

1081. Ventus vehemens fuit nocte natalis Domini.

1084. Hoc anno obiit Mathildis Anglorum nobilis regina, de cujus nobilitate largiflua multa apud nos habentur beneficia.

Roma ab Heinrico imperatore papa Gregorius VII expellitur..... Ravennatensis subrogatur. Fit dissentio magna per omnem Occidentem.

1087. Hoc anno obiit Willemus rex Anglorum et dux Normannorum, cujus amor et [jus]titia tantum viguit in sancta ecclesia .. . . fecit et Deo servire continua pace atque concordia.

E Mirrea in Barrum corpus beati Nicholai translatum est ix die maii.

1089. Lanfrancus Cantuariensis archiepiscopus obiit, eique post iii annos Anselmus Beccensium abbas successit.

---

(1) Sic. — Cet article et les trois précédents manquent dans B.

Mainerius Uticensis abbas obiit, eique Serlo successit.

1091. Sello factus est episcopus Sagiensis. Cui successit Rogerus de Sappo in Uticensi ecclesia.

1095. Siccitas et mortalitas hominum fuerunt et stelle quadam nocte maii mensis de cęlo cadere visę sunt.

Urbanus papa apud Clarum Montem ingens concilium tenuit et iter in Jerusalem contra Paganos inire Christianos admonuit.

Tunc fames magna fuit.

1098. Celum ardere visum est v kalendas octobris.

Die natalis Domini, sol in nigredinem versus est.

Obiit Hugo de Grentmaisnil fundator monasterii sancti Ebrulfi.

1099. Jerusalem, gentilibus victis qui eam diu tenuerant, a sanctis peregrinis capta est idus julii.

Hic Urbanus papa obiit. Cui Paschalis successit.

Uticensis ęcclesia sancti Ebrulfi dedicata est.

1100. Willemus Rufus rex Anglorum in venatione sagitta percussus obiit. Cui Henricus frater suus successit.

1106. Bellum Tenerchebraicum quo Henricus rex Anglorum cepit Rodbertum fratrem suum ducem Normannorum.

Goisfredus Martellus filius Fulconis Andegavensis comes occisus est.

Buamundus in Hesperiam venit, cum cometes apparuit.

Obiit Henricus imperator, cui Karolus frater suus successit.

1108. Philippus rex Francorum obiit eique filius suus Ludovicus successit.

1109. Hoc anno et duobus subsequentibus ingens fames in Gallia facta est.

Obiit Anselmus Cantuarię archiepiscopus. Et Hugo Cluniacensis abbas obiit, cui Pontius successit.

1110. Cometes visa est a IIII idus junii usque II kalendas julii. — Helias Cenomannorum comes obiit.

Obiit Willelmus Rotomagensis archiepiscopus; cui successit Goisfredus brito Cenomanensis decanus.

1111. Boamundus dux obiit.

Karolus imperator Paschalem papam cepit.

1112. Rotbertus de Belismo captus est.

Obiit Gislebertus Ebroicensis episcopus et Audinus successit. Cujus tempore episcopalis ecclesia cum tota urbe combusta est dum Amalricus arcem contra Henricum regem obsidentem tenebat.

1118. Pascalis papa obiit. Cui Gelasius successit, cujus in ecclesiam se intrusit [Burdinus] hereticus.

Ventus vehemens edificia et nemora plurima prosternens in partibus occiduis fuit vigilia natalis Domini.

1119. Et in hoc anno natale sancti Thomę (1). Terrę motus magnus in Britannia . . . . ri IIII kalendas octobris. — Obiit Gelasius papa secundus IIII kalendas februarii.

Calixtus secundus papa maximam synodum Remis tenuit.

Bellum inter Henricum regem Anglię et Ludovicum regem Francię in pago Vilcasino, XIII kalendas septembris, de quo Ludovicus, Henrico triumphante, turpiter aufugit.

1120. Concordia inter Henricum regem Anglorum et Ludovicum regem Francorum, post multa detrimenta utriusque partis, facta est.

Dum rex Anglorum in regnum suum rediret, Willelmus et Ricardus filii ejus, cum magna multitudine nobilium multarum regionum, VII kalendas decembris naufragio perierunt

1123. Rebellantibus quibusdam Normannis, Amalrico Ebroicensi et Waleranno Mellentensi et eorum complicibus Henricus rex oppida eorum, id est Montfortem, Brionnam et Pontem Aldemari obsedit, combussit et cepit. Post plurima damna, Walerannus comes cum XXX militibus captus est.

Defuncto Radulfo Cantuarię archiepiscopo, Willelmus Curbuliensis successit.

Warinus Uticensis abbas a Johanne Luxoviensi pręsule consecratus est in die ascensionis.

1124. Defuncto Serlone Sagiensi episcopo, Johannes successit.

1125. Hoc in tempore multorum principum mutatio facta est : Karolus Henricus quintus imperator obiit, cui Lotharius Saxonum dux successit. Karolus Flandrie dux in ecclesia orans ad missam occisus est, et Guillemus Normannus successit, qui sequenti anno peremptus est. — Defuncto Calixto papa, Honorius successit.

1126. Dedicatio basilicarum sancti Gervasii Sagiensis et sancti Audoeni Rotomagensis.

---

(1) Sous-entendu : *Ventus vehemens fuit.*

Guislemus dux Pictavensis obiit, et Guillemus dux Apulię obiit, et Rogerius abbas obiit.

1128. Obierunt Germundus patriarca Jerusalem et Goifredus Rotomagensis.

1130. Balduinus II rex Jerusalem XVIII kalendas septembris obiit; cui Fulco Andegavorum comes, gener ejus, successit.

Hugo Ambianensis, abbas Radingiensis, archiepiscopus Rotomagensis effectus est.

Romę Honorius papa obiit. Mox in ecclesia nimium scisma exortum est. Nam a quibusdam Gregorius diaconus in papam electus est et Innocentius nominatus est. Ab aliis vero Petrus Anacletus consecratus est.

1133. Lotharius imperator Romam obsedit ut pacificaret populum Dei qui post Gregorium seu Petrum errabant; sed, negocio imperfecto, post ebdomadas VII recessit.

Ricardus Baiocensis episcopus obiit. . . . .

1134. Rodbertus II dux Normannorum Carduili obiit et Gloucestrę sepultus est.

Hildefonsus Arragonum rex post Fragrense bellum obiit.

Carnotum et Cenomannis combustę sunt.

1135. Strenuus pacis amator et ęcclesię defensor Henricus rex Anglorum obiit; cui Stephanus nepos ejus successit.

1137. Ludovicus Tedbaldus rex Francorum obiit. Ludovicus filius ejus successit.

Guarinus Uticensis abbas obiit.

1138. Lotharius imperator, dum de subjugata sibi Apulia rediret, obiit; cui Conradus nepos Karoli imperatoris successit. Rogerius vero rex Sicilię Apuliam reoptinuit, Innocentium papam per Rogerium filium suum cepit et pacem cum illo ad libitum suum fecit.

Petrus scismaticus subito obiit.

1139. Innocentius papa ingens concilium Rome tenuit.

1140. Ricardus Uticensis abbas obiit; cui successit Ranulphus (1).

1141. Obiit Johannes Luxoviensis episcopus; cui successit Arnulfus nepos illius.

---

(1) Les mots *cui s. R.* ajoutés au XV^e^ siècle.

Hic facit Vitalis finem ecclesiastice hystorie sue (1).

1142. Terre motus factus est magnus circa Rothomagum et fere per totam diocesim.

Obiit Innocentius papa; cui successit Scelestius.

1143. Defuncto Scelestio, eodem anno successit Lucius.

1144. Lucio successit Eugenius.

1145. In plerisque regionibus, et maxime in Galliarum Normannieque finibus, plaustra annonis ceterisque vite necessariis onusta vice boum homines trahebant, divinisque atque creberrimis comitati prodigiis, sublato totius vanitatis indicio, circumquaque ad servos Dei conducebant.

1147. Conradus imperator et Ludovicus rex Francorum cum maximo christianorum exercitu Jerusalem adeuntes (?) per Ungariam et Constantinopolim ierunt. . . . fraudem (?) . . . . cum per deserta quedam. . . . . morte consumpt . . . .

1150. Henricus adolescens dux Normannorum efficitur.

1151. Goffredus Martellus, comes Andegavensis, obiit. Vir rectus. . . . . victoriosus et pius, fide. . . . . armis, animis et eloquentia singularis.

1153. Obiit Eugenius papa. Anasthasius successit.

1154. [Fit concor]dia inter regem Anglorum Stephanum et Henricum ducem Normannorum. Eodem. . . . . Ludovicus rex Francorum. . . . . dux Normannorum. Item eodem. . . . . ducatum adeptus est Aquitanorum.

Obiit Anasthasius papa. Adrianus successit.

1157. In hoc anno rex Henricus Galenses sibi subegit.

Girardus episcopus Sagiensis obiit, vir eloquens et pie recordationis; cui successit Frogerius elemosinarius regis Henrici secundi.

1158. Mira facta est concordia inter regem Anglorum et regem Ludovicum, et invicem proles suas copulaverunt, redditaque sunt Henrico regi que predecessorum ejus fuerant omnia.

1160. Robertus Beccensis monachus abbas Sancti Ebrulfi factus.

Obiit Adrianus papa; cui successit Alexander.

---

(1) Article écrit au XIVe siècle.

1163. Obiit Balduinus rex Jerusalem strenuus juvenis et christianitatis amator; cui successit Amalricus frater ejus.

Alexander papa Turonis concilium tenuit, ubi Octovianum scismaticum cum suis suffraganeis excommunicavit.

1165. Hugo Rothomagensis archiepiscopus obiit; cui Rotro episcopus Ebroicensis successit.

1170. Henricus filius Henrici II, jubente patre, ab archiepiscopo Eboracensi consecratur in regem apud Londonias.

Thomas archiepiscopus Cantuariensis in propria ecclesia ab injustis justus occiditur die v[a] natalis Domini.

1174. Ludovicus rex Francorum Rothomacum cum suo exercitu obsedit; sed, civibus sese viriliter defendentibus, inglorius recessit.

1177. Obiit Robertus abbas Uticensis; cui successit Radulfus.

1179. Alexander papa ingens Rome concilium tenuit.

1180. Ludovicus rex Francorum obiit; cui Philippus filius ejus successit.

1181. Obiit Alexander papa III; cui successit Lucius.

1182. Obiit Arnulfus Lexoviensis episcopus; cui successit Radulfus.

1183. Obiit Henricus junior rex, filius Henrici secundi.

Obiit Rotro archiepiscopus Rotomagensis; cui successit Galterius.

1184. Obiit Frogerius Sagiensis episcopus; cui successit Lisiardus.

1185. Obiit Lucius papa III; cui successit Urbanus.

1187. Obiit Urbanus papa; cui successit Clemens.

1188. Obiit Radulfus abbas Uticensis; cui successit Ricardus.

1189. Obiit Ricardus Uticensis abbas; cui successit Raginaldus.

Obiit Henricus secundus rex Anglie apud Chinun, vir rectus et pacis amator, fide, justicia, armis, animis et eloquentia singularis; cui successit Ricardus filius ejus.

1190. Hoc anno Philippus rex Francorum et Ricardus rex Anglie cum maxima multitudine profecti sunt in Jerusalem in crastino sancti Johannis Baptiste.

1191. Obiit Clemens papa; cui successit Celestinus.

Obiit Radulfus Lexoviensis episcopus, cui successit Willelmus.

Cyprus insula in dominium regis Anglie subacta est, devicto

principe tribus vicibus qui sibi [ejus princi]patum usurpabat. Et eodem anno, IIIº [idus julii], Acra civitas Christianis reddita est.

1193. Rex Anglie Ricardus de Jerusalem rediens ab imperatore Alemannie capitur.

Hoc anno Philippus rex Francorum Rothomagum obsedit; sed nichil proficiens. . . . . discessit.

1194. Rex Anglie ab Alemannia in terram suam revertitur.

Philippus Vernolium obsedit.

Interea (?) Ricardus rex Bellomontis et Ebroarum munitiones evertit. Locheth (?) et multa alia castella vi bellica capit.

Eo anno rex Francie Ebroicas cum omnibus ecclesiis et abbatiis incendio destruxit.

1198. Hoc anno Philippus rex Francorum et Ricardus rex Anglie apud Gisortis certaverunt.

Obiit Celestinus papa; cui successit Innocentius papa III.

1199. Hic obiit Ricardus nobilis rex Anglie, filius Henrici secundi; cujus probitatis atque virtutis memoria merito debet perpetuo predicari; cui successit Johannes ejus frater.

1200. Obiit Guarinus Ebroicensis episcopus; cui successit Robertus de Roia.

Obiit Willelmus Lexovensis episcopus; cui successit Jordanus.

1201. Eodem anno Philippus rex Francorum castrum Balonis (?) obsedit.

Obiit Lisiardus episcopus Sagiensis; cui successit Silvester.

1202. Motio peregrinorum Jerusalem.

[Obiit] Gaufridus comes Pertici.

Hoc anno rex Francie obsedit Radepont et Archas.

Interea Johannes rex Anglie cepit apud Mirebel Arturum comitem Britannie cum multitudine nobilium et maxima copia militum qui contra ipsum rebellabant.

Obiit Robertus Ebroicensis episcopus; cui successit Lucas.

1203. Terre motus per totam fere Palestinam, subvertens domos et civitates.

1204. Hoc anno Johannes rex Anglorum reliquit Normanniam, quia omnes fere principes reliquerunt eum et adheserunt Philipo regi Gallie (1).

---

(1) Cet article et le précédent ne sont pas dans le ms. A.

1208. Otho, filius ducis Saxonie, nepos regum Anglie, [comes] Pictavensis, mense novembri, Rome honorifice imperator est effectus.

Obiit Walterus Rothomagensis archiepiscopus; cui successit Robertus.

1212. Obiit nobilis comitissa Legrescestrie, que monachos sancti Ebrulfi diligebat ut filios.

1214. Hoc anno depositus fuit Reginaldus abbas Sancti Ebrulfi; cui successit Herbertus.

1215. Innocentius papa Rome ingens concilium tenuit.

1216. Ludovicus filius regis Francorum in Angliam perrexit.

Obiit Johannes rex Anglie; cui successit Henricus filius ejus.

Obiit Innocentius papa; cui successit Honorius.

1217. Obiit Herbertus, abbas Sancti Ebrulfi; cui successit Gaufridus.

Occisus est Thomas comes Pertici.

1218. Obiit Gaufridus, abbas Sancti Ebrulfi; cui successit Rogerius, prior de Prato.

Obiit Jordanus episcopus Lexoviensis; cui successit Willelmus.

1219. Hoc anno civitas Damiata capta est a christianis, nonas novembris.

1222. Damieta perdita est a christianis.

Obiit Lucas, Ebroicensis episcopus; cui successit Radulfus.

1223. Pridie idus julii (1), obiit Philippus, rex Francie; cui successit Ludovicus filius ejus.

Obiit Sylvester, Sagiensis episcopus; cui successit Gervasius Anglicus.

Eodem anno obiit Radulfus, Ebroicensis episcopus; cui successit Ricardus abbas Becci.

Obiit Robertus, archiepiscopus Rothomagensis; cui successit Thebaldus.

1225. Obiit Honorius papa; cui successit Gregorius Hostiensis episcopus.

Obiit Willelmus episcopus Cathalanensis et comes Pertici.

---

(1) Le ms. B ajoute : *apud Medantum*.

1226. Obiit Ludovicus rex Francie; cui successit Ludovicus puer filius ejus, qui nunc sanctus est (1).

1228. Obiit Gervasius, episcopus Sagii; cui successit Hugo, prior canonichorum.

1229. Pro, dolor! Universitas clericorum deseruit Parisius.

Obiit Thebaldus archiepiscopus Rothomagensis. Cui successit Mauricius episcopus Cenomannis.

1231. Hoc anno initiatum est fundamentum ecclesie Sancti Ebrulfi per fratrem Baldwinum.

1232. Obiit Philipus comes Bolonie.

1233. Obiit Robertus comes Drocensis.

Obiit Rogerus abbas Uticensis; cui successit Nicholaus.

1235. Obiit Mauricius Rothomagensis archiepiscopus; cui successit Petrus Romanus.

1236. Obiit Ricardus episcopus Ebroicensis abbas Becci; cui successit Rodulfus archidiaconus Cyerrii.

1237. Hoc anno consecratus est Petrus Romanus archiepiscopus Rothomagensis.

1239. Multi nobiles arripuerunt iter Jherusalem de Francia.

1240. Obiit Hugo Sagiensis episcopus; cui successit Gaufridus canonicus Rothomagensis.

1243. Obiit Gregorius VIII (2) papa; cui successit Innocentius.

Obiit Radulfus episcopus Ebroicensis; cui successit Johannes decanus Turonensis.

1245. Hoc anno Petrus archiepiscopus Rothomagensis factus est cardinalis; cui successit Odo abbas Sancti Dyonisii.

1247. Nicholaus abbas Uticensis abiit ad ordinem Cartusie; cui successit Ricardus de Corjon.

1248. Obiit Odo archiepiscopus Rothomagensis; cui successit Odo dictus Rigaut de ordine Fratrum Minorum.

Hoc anno, II idus junii, Ludovicus rex Francorum cum exercitu suo arripuit iter apud terram sanctam.

1249. Hoc anno civitas Damieta capta est a christianis videlicet a Ludovico rege; et eodem anno captus fuit rex et frater

---

(1) Ces quatre derniers mots ajoutés au XIVe siècle.

(2) Sic.

ejus occisus cum multitudine christianorum, et reddidit Damietam.

1250. Obiit Willelmus de Ponte Arche episcopus Lexoviensis; cui successit Fulco Dastin, decanus ejusdem ecclesie.

1255. Obiit Johannes de Sancto Ebrulfo, decanus Lexoviensis, qui multa bona nobis fecit.

1257. Obiit Gaufridus Sagiensis episcopus; cui successit Thomas d'Aunou.

1258. Natus fuit heres de Sancto Serenico in nativitate sancti Johannis Baptiste.

1261. Obiit Alexander papa; cui successit Urbanus.

1262. Obiit Guillelmus miles et dominus de Sancto Serenico.

1264. Obiit Urbanus papa; cui successit Clemens.

1265. Hoc anno commisit prelium Symon comes de Monte Forti contra Henricum regem Anglie et Ricardum regem Alemannie et contra eorumdem filios, quos primo in bello cepit; sed ad ultimum eorum gladiis (proh, dolor!), cum Henrico ipsius filio, miserabiliter occubuit.

1266. Karolus comes Andegavis, a papa Clemente rex Sicilie coronatus, contra Mainffridum pugnavit apud Beneventum, ac Dei gratia Pullia, Calabria, Sicilia subjugate sunt ei.

1267. Obiit Fulco Lexoviensis episcopus; cui successit magister Guido de Merula.

1269. Obiit Ricardus de Valle de Courjon, abbas Sancti Ebrulfi; cui successit Nicholaus de Villaribus, prior de Molendinis.

1270. Ludovicus rex Francorum iter arripuit ad terram sanctam cum multis nobilibus, et inde rediens eodem anno obiit.

1272. Obiit Henricus rex Anglie; cui successit Edwardus ejus filius.

1274. Hoc anno dimisit spontaneus frater Nicholaus de Villaribus curam abbatis; cui successit Willelmus de Monte Pincon.

1275. Obiit Gregorius decimus papa; cui successit Innocentius V, qui eodem anno obiit.

Obiit Odo Rigaudus, archiepiscopus Rothomagensis; cui successit magister Guillelmus de Flava Curia tercio anno post.

1276. In crastino nativitatis beate Marie, nata fuit filia heredis de Sancto Serenico.

1278. Obiit Thomas de Aunou Sagiensis episcopus; cui successit magister Johannes de Berneriis, officialis Lexoviensis.

1280. Obiit Nicholaus papa. Obiit (1) Martinus papa.

1281. Obiit Philippus de Chaours episcopus Ebroycensis; cui successit Nicholaus de Autolio.

1282. Obiit Willelmus de Monte Pincon, abbas Sancti Ebrulfi; cui successit Gauffridus de Girouart, prior de Altifago.

1283. Magister J. Cholet, legatus domini pape, apud Parisius maximum concilium post assumptionem beate Marie congregavit.

Ingens tonitruum in die Pasche circa magnam missam, maxime in episcopatu Sagiensi, homines multos lesit.

1284. Obiit Karolus rex Sicilie.

In vigilia sancte Katerine fuit ventus vehemens qui plures turres, nemora et arbores prostravit. Tunc cecidit turris Sancti Ebrulfi noviter facta.

1285. Obiit Philippus rex Francorum apud Narbonam, redeundo de Arragonia; cui successit Philippus ejus filius.

Eodem anno obiit Petrus infidelis rex Arragonie; cui successit Aufulsus.

Obiit Guido Lexoviensis episcopus; cui successit magister Guillelmus de Arneriis, cantor ejusdem loci.

1289. In vigilia beati Dionisii, natus fuit Ludovicus primogenitus Philippi regis Francorum.

1290. Sexto decimo kalendas marcii, luna XII^a passa fuit eclipsim, terre motusque accidit in eadem nocte in quibusdam locis.

1291. Estas multum torrida, et hiems nive et gelu nimis gelida. . . . .

Hoc anno fuit a paganis Acra destructa, omnibus interfectis. . . Apud Rothomagum. . . . . archiepiscopus . . . . Haricuria episcopus Constanciensis. . . . . concilia.

1294. Obiit magister J. de Berneriis, episcopus Sagiensis; cui successit magister Phillippus Boulenjer prior Sancti Gervasii ejusdem loci.

Obiit Johannes dominus de Sancto Serenico.

Eodem anno, in pago Oximensi, mense maii fuit inundatio aque, que subito multa mala fecit, vivarios dirupit, terras arabiles et prata subvertit, arbores eradicavit, molendina, pontes et domos

---

(1) Sic. Il faudrait *successit*.

prostravit, segetes tempestavit, et per eam multe gentes et multa animalia perierunt.

1296. Hoc anno tanta fuit inundatio aquarum quod magnus pons et parvus pons Parisius ceciderunt et pro parte omnes pontes desuper Sequanam corruerunt, excepto Ponte Arche, et circa nativitatem Domini hoc evenit. Unde versus :

> Parisius vere pontes, gens, tecta ruerunt
> Undis, milleno, c bis, novies deca, seno.

1298. In hoc anno fuit levatus sanctus Ludovicus rex Francie. Et rebellaverunt rex Anglie et comes Flandrie contra regem Francie nepotem sancti Ludovici predicti.

Hoc anno obiit Guillelmus de Anieriis bone memorie, quondam episcopus Lexoviensis; cui successit Johannes de ordine Fratrum Minorum, episcopus tunc de Renis in Britannia.

1303. Obiit Johannes de Semes, de ordine Fratrum Minorum, episcopus Lexoviensis; cui successit Guiardus de Haricuria.

Hoc anno dimisit spontaneus frater Gaufridus de Gyrouart; cui successit frater Thomas de Ductu.

1306. Hoc anno fuerunt fugati Judei de regno Francie.

1307. Hoc anno fuit facta pax et firmata inter regem Anglie et regem Francie et accepit rex Anglie filiam regis Francie in conjugium et fuerunt facte nuptie apud Boloniam supra mare.

1309. Hoc anno obiit Th. de Ductu, abbas hujus cenobii; cui successit Nicholaus de Ponte Cardonis (1).

---

(1) Nous ajoutons ici en note les articles suivants que nous avons trouvés au f. 58 v° d'un ms. de Saint-Evroul, aujourd'hui conservé à la bibliothèque d'Alençon, sous le n° 20. L'écriture est du XIV° siècle.

1313. Hoc anno factum fuit divortium inter Ludovicum et Karolum, filios Phillippi regis Francorum, et uxores suas ob causam fornicationis. Qui post modum successerunt in regnum.

1315. Hoc anno demisit spontaneus domnus abbas N. de Ductu onus abbatis Uticensis; cui successit Radulfus Grente.

1316. Hoc anno fuit terre motus in partibus istis.

1320. Obiit domnus Radulfus Grente, abbas Uticensis; cui successit Ricardus Tiescelin.

1321. Leprosi fuerunt combusti fere per totum regnum Francie, prop-

1314. Hoc anno fuit mortuus Philippus rex Francorum; cui successit Ludovicus, filius ejus primogenitus, qui accepit in conjugium, filiam regis Hongrie.

Eodem anno, Enguerrannus de Marrigneyo suspensus fuit, et multa alia mala facta fuerunt in regno.

1315. Hoc anno dimisit spontaneus frater Nicholaus de Ponte Cardonis curam abbatie Sancti Ebrulfi; cui successit frater Radulfus Grente prior, tunc in Anglia, per inspirationem divinam ab communi omnium electus.

Obiit magister Philippus Boulenger, episcopus Sagiensis; cui successit magister Ricardus de Centilleio (?), ejusdem loci prior conventus.

1316. Hoc anno obiit Ludovicus, Francorum et Navarre rex; cui successit Philippus, frater ejus.

1319. Hoc anno obiit magister Ricardus de Centilleio (?), episcopus Sagiensis; cui successit Guillelmus Malgeri, ejusdem loci cantor (?).

Hoc (1) anno fuit turbatio [elementorum] maxima, et multa damna inde evenerunt, et arbores multe vi ventorum corruerunt, inter quas nemus pe. . . . . . . abbatis de Diva. Tonuit et ingentes. . . . .

1320. Hoc anno [obiit Radulfus Grente, abbas] Sancti Ebrulfi; cui successit Ricardus Tiescelin.

1321. Leprosi fuerunt combusti in regno Francie.

Obiit Philippus, rex Francorum; cui successit Karolus ejus frater, tunc comes de Marchia.

---

ter potiones quas composuerant pro interfectione universi populi, et plures ipsorum fuerunt aterminati (?).

1322. Hoc anno Karolus rex Francorum, filius Philippi regis, post obitum Philippi regis junioris, fratris ejus, desponsavit sibi uxorem filiam regis Bihanie.

1323. Hoc anno obiit filia regis Bihannie regina Francie.

Hoc anno fuit bellum et jactura magna inter Normannos Francosque et (*mot laissé en blanc dans le ms.*) id est inter transmarinos et citramarinos, et multus sanguis effusus utrinque.

1324. Hoc anno damna fecere tonitrua magna.

Hoc anno fuit in tempore verno tempestas ventorum, et multe domus et arbores sevicia ventorum ruerunt.

(1) Il n'est pas sûr que cet article appartienne à l'année 1319.

1324. Bellum fuit inter reges Francie et Anglie pro terra de Vasconia, et captum fuit a rege Francie castrum de la Riole.

Eodem anno obiit [Maria], regina Francie, et ejus parvulus filius, que erat regis Bihanie filia. Post quam accepit rex Karolus filiam Ludovici comitis Ebroicensis, que ejusdem regis erat cognata germana.

1327. Obiit Karolus rex Francorum; cui successit filius ejus quidam puer in cunis, et fuit fere per dimidium annum. Quo mortuo, successit Philippus, cognatus ipsius Karoli germanus, qui fuit et regina regens ipse pueri.

Hoc anno obiit Gauffridus episcopus Ebroicensis; cui successit frater J. de Prato, de ordine Fratrum Predicatorum.

1330. Hoc anno obiit Guillelmus archiepiscopus Rothomagensis, antea monachus et episcopus de Lencres; cui successit Petrus monachus, archiepiscopus Senonensis, et magnus in dignitate.

1334. Hoc anno obiit Ricardus Tyscelin, abbas hujus cenobii; cui successit frater Nicholaus Herbert tunc claustralis.

Eodem anno [obiit] Johannes papa XXII; cui successit Benedictus duodecimus, monachus Cisterciensis ordinis.

1336. Hoc anno obiit Guido de Haricuria, episcopus Lexoviensis; cui successit Guillelmus Chermont.

1342. Hoc anno obiit Benedictus XII; cui successit Clemens VI, vir mirabiliter sullimatus, qui prius fuit vocatus magister Petrus Rogerii, magister in theologia, condam monachus ordinis sancti Benedicti et post abbas Fiscannensis et archiepiscopus [Senonensis] et inde archiepiscopus Rothomagensis et inde cardinalis.

1346. Hoc anno intravit rex Anglie regnum Francie per Hogam Sancti Vedasti. Fere Normanniam et Franciam a duabus leucis Parisius calcavit, et, per pontem de Poyssi (?) rediens, Wulgatium consumpsit. Et in villa que Crece dicitur bellum applicuerunt ambo reges. Rex vero Anglie obtinuit principatum, et regem Boemie una cum II ducibus, VI comitibus et magna multitudine nobilium interfecit. Villam Calesii accepit et eam multo tempore [tenuit].

1347. Hoc anno dimisit spontaneus frater Nicolaus Herbert curam abbatie Sancti Ebrulfi; cui successit frater J. de Bosco Genscelini, tunc celerarius prefate abbatie.

1348. Hoc anno mors que a sapientibus epidemia vocabatur intravit in orbe, incipiens ab oriente in occidentem. . . . . . .

1350. Hoc anno obiit Philippus rex Francie; cui successit Johannes, filius ejus.

1352. Hoc anno obiit Nicholaus Heberti, abbas hujus cenobii.

1353. Hoc anno . . . . . . sanata fuit Johanna domina de Moles, que erat arrepta a demone, et hoc meritis sancti Ebrulfi.

1358. Hoc anno attulit nobis domnus Johannes de Bosco Genscelini, abbas hujus cenobii, unum os de humeris et unam juncturam de police magno sanctissimi patris nostri Ebrulfi, die translacionis ejusdem.

1363. Obiit Johannes, rex Francie, in Londoniis in Anglia; cui successit Karolus filius ejus.

1366. Obiit Johannes de Bosco Genscelin, abbas hujus cenobii; cui successit Philippus Britonis.

1370. Obiit Urbanus V; cui successit Gregorius XI.

1392. Hoc anno obiit dominus abbas Philippus Britonis, et eodem anno fuit abbacia sancti Ebrulfi tradita in commanda per Clementem papam VII cuidam cardinali tit. sancte Cecilie, de Vergeyo nuncupato, qui tenuit dictam abbaciam per spacium IIII[or] annorum vel circa. Deinde successit Robertus Textoris, monachus de Becco et prior Sancti Ymerii in Algia.

1408. Hoc anno obiit frater Robertus Textoris primo monachus de Bosco (1), qui multa bona fecit ad abbaciam deintus regendo per spacium XIII annorum vel citra. Deinde successit frater Michael Philippi de Sancto Martino, de Noione prior.

1415. Crispini multos stravit gens anglica Francos.

Tunc (?) etiam capta fuit villa de Harefleu.

1438. Hoc anno obiit frater Michael Philiphi (2), abbas hujus cenobii. Postea successit frater Robertus l'Apostole.

1444. Inducie facte fuerunt inter reges Francorum et Anglie.

1449. Hoc anno intravit rex in villa Rothomagi.

1450. Hoc anno fuit reducta Normannia de manu Anglorum in manu Francorum.

1459. Hoc anno obiit frater Robertus l'Apostole abbas. Postea successit frater Guillelmus Selleys.

---

(1) Sic.
(2) Sic.

1460. Hoc anno fuit intus pestifera clades, ex qua IX religiosi obierunt.

1461. Hoc anno obiit illustrissimus Karolus rex Francie, et regnavit pro eo clarissimus Ludovicus filius ejus, qui multa ma[g]nalia in regno suo fecit.

1466. Septembris XXII, anno hoc, quod non sine gemitu referimus, obiit vite venerabilis domnus Guillelmus Selleys, condam hujus cenobii humilis abbas, quem genuit Uticensis burgus, qui Uticenses structuras, ob stragem guerrarum undiquaque ruinosas, magnifice reparavit, nova edificia construxit, redditus ecclesiasticos longe lateque ampliavit. Quid plura? Ecclesiam spiritualibus necnon temporalibus strenue rexit. Postea in itinere Romano optimo fine quievit et in abbatia Sancti Sequani, quinque leucis a Divione distanti, juxta portam chori, inhumatur ejus corpusculum. Cui successit Jacobus de l'Espinasse, religiosus Cluniacensis.

1484. Hoc anno obiit frater Jacobus de l'Espinasse, abbas hujus monasterii Sancti Ebrulfi, ultima die octobris; cui successit Angerius de Bric prothonotarius.

1503. Octobris die tercia, anno 1503, obiit magister Angerius de Brye, commendatarius hujus monasterii Sancti Ebrulfi; cui successit magister Felix de Brye prothonotarius, ejus nepos.

II (1).

CHARTA GUILLELMI DUCIS NORMANNORUM (2).

(C. 1050.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Guillermus, Normannorum dux gratia Dei, cunctis fidelibus, pacem et salutem. Si nos fidelium nostrorum petitionibus ea causa adquiescimus ut eorum animos in nostra fidelitate solidemus, multo magis expedit

---

(1) Cf. Orderic, l. III; II, 30-40.

(2) La charte dont nous publions des extraits sous le n° III, ne diffère presque pas de celle-ci. Les variantes qu'elle fournit sont indiquées en note et distinguées par la lettre A.

nobis ut servorum Dei precibus nos exorabiles exhibeamus super his in quibus sancte Dei ecclesie status indiget nostre serenitatis auxilio sublevari. Pro quibus confidimus, Deo auctore, temporale regnum nostrum tranquilliori pace premuniri et nos superventure beatitudinis premia adipisci. Proinde notum esse volo fidelibus nostris, tam presentibus quam futuris, quod inter ceteras ecclesias que infra regnum nostrum site sunt specialiter ecclesiam sancti Petri et sancti Ebrulfi que infra Lisiocacens[i]um comitatum sita constat, quam quondam vir vite venerabilis Herluinus Beccensis cenobii abbas tenuerat. Hanc ipsam ecclesiam seu rerum commutatione seu premiorum largitione a priori subjectione resolvimus et tituli principalis privilegio insignimus, ut libera et ab omni subjectione maneat immunis. De (1) electione autem abbatis loci ejusdem, intercedente Roberto fideli meo, hoc totum concedo, consilio fratrum, tam ego quam successores mei, salva tamen regularis discipline ratione, id est ut non amicitie aut consanguinitatis aut certe pecunie amor vota eligentium corrumpat. Possessiones etiam quas Robertus et Hugo frater ejus, Willelmus et fratres ejus ac filii necnon et ceteri fideles christiani de rebus hereditariis suis ad eundem locum tradiderunt vel tradituri sunt vel quas idem Robertus a fratre suo et ceteris coheredibus suis juxta complacitam parcium divisionem sibi acceperat, has ego nostre auctoritatis (2) privilegio firmas et inconvulsas esse jubeo, ut si quis ex adverso veniens ad dampnum prefati cenobii grande aut parvum aliquid machinari temptaverit et nostri hujus privilegii cartulam violare temptaverit, noscat se nostre reum esse majestatis et omne patrimonium suum nostris rebus dominicis asscribi debere. Terre itaque quas prefatus Robertus et fratres ejus scilicet Hugo atque Ernaldus pro salute animarum eorum predicto cenobio tradiderunt he sunt : in Nuereto ecclesia cum omni decima et terra presbiteri cum arabili terra trium carrucarum. Et villa que dicitur Solengiacus. In Oylley ecclesia cum omni beneficio quod tenuit Tecelinus clericus ac decima molendinorum ipsius ville. Anglisca quoque villa cum monasterio. Eccle-

---

(1) Dans A, cette phrase est remplacée par un article que nous publions, p. 178.

(2) A ajoute *illorumque*.

sia autem ville que Villaris dicitur cum uno hospite. In villa vero que nuncupatur Oht (1) monasterium et terra presbiteri cum uno hospite et decima molendinorum ejusdem ville. Et in monasterio de Vayprato dederunt etiam talem partem qualem tenuit Robertus pater eorum. Preterea decimam de Buina et in Belmeis terciam partem molendini cum decima ejusdem, beneficiumque Fulcuini presbiteri ac decimam molendini Oliveti. Unum hospitem in Colavilla cum decima totius ville. Decimam quoque cere necnon et denariorum Sancti Petri inter Montes. Insuper ecclesiam in vico qui vocatur Fogei, et decime partem Coluncelle quod tenuit prefatus Robertus pater eorum. Terram vero de Ceulleit dedit Hugo, petentibus sponte dominis ejusdem ville quorum allodium erat, eidem cenobio. Immo et decimationem omnium carrucarum ejus et pecorum. Et decimam de Monte Calvet, tam de theloneo quam de annona. Ecclesiam autem de Luvigniei cum terra presbiteri. Preterea terram que appellatur Nueretum Mainart. Igitur in loco qui dicitur Maisnil Bernart, terram unius aratri et terram ville Tanaceti. Preter hec quoque monasterium de Mancellis cum terra presbiteri. Et de Sappo decimam thelonei. Villam ergo que nominatur Maisnil Doda et ecclesiam de Limboth cum terra presbiteri et portionem quod tenuit Hadvis mater eorum in Veteri Maisnil. Preter hec, consentientibus et condonantibus filiis suis simul et fratribus, donavit supra memoratus Willelmus monasterium de Escalfo decimamque ejusdem ville thelonei predicto cenobio, cum terra presbiteri Adelelmi, et decimationem tocius silve ad eandem villam pertinentis, ipsamque silvam ad necessaria omnia (2), insuper et monasteria omnia que tunc in dominio suo habebat, quorum unum in honorem sancti Georgii constructum est in villa Mostariolo; duo Vernuciis, unum in honorem sancte Marie, alterum in honorem sancti Pauli; in villa Sappo duo, unum in honorem sancti Petri, alterum in honorem sancti Martini, cum decimis et terris et omnibus ad ipsa monasteria pertinentibus. Ad hec decimas theloneorum omnium-

(1) A *Hot*.

(2) Au lieu des mots *ipsamq. s. a. n. omnia*, on lit dans A : *tam de suibus quam de nummis*.

que consuetudines (1) tam silvarum quam aliarum rerum que tunc debebantur illi in Escalfo et in Mostariolo atque in Sappo. Postea autem dedit Robertus Helgonis filius, consencientibus et condonantibus ejus dominis Willelmo atque Roberto, cum filiis ac nepotibus eorum, ecclesiam sancti Martini (2), et in eodem loco terram presbiteri cum alia terra VIII carrucarum, quam emerunt monachi supradicti loci non modico precio. Monasterium vero de Sapo Andree cum terra presbiteri et medietatem terre sue (3) tocius ville. Igitur postquam Dei donante gratia est ordinatus predicti cenobii Theodericus abbas emit ipse ab Ernaldo prefati Willelmi filio, consenciente Roberto suo avunculo et jubente comite Willelmo terram de Balchencei, sicut tenuerat Baldricus ejus comitis arcearius (4). Et partem terre Escalfo que est sita inter Tolketam et Carintonam et Exartum Henrici. Necnon etiam ecclesiam sancte Marie a supradicto (5) cenobio prisco tempore constructam comparavit isdem abbas a filiis Rodulfi cognomento Fraisnel decem et octo libris, sicut tenuerat eam quidam monachus nomine Placidus, consenciente Willelmo Osberni filio. Omnia ergo monasteria que in potestate sua habebat Willelmus heres supradicti Willelmi, annuente Geroio fratre ejus ac cognatis ejus videlicet Geroio atque Fulcoio, tribuit memorato loco, accepta haud modica pecunia ab abbate prefati cenobii, ex quibus unum erat situm in villa que dicitur Maisnil Bernart in honorem sancti Sulpicii, alterum vero in honorem sancti Leodegarii in Roilvilla, alium autem in Moenai terramque Roberti, unum etiam de Ternant (6), et in Exarz unum in honorem sancti Petri; in Algerum unum etiam cum tota villa (7), et in Bosc Herbert unum. Deinde (8) Willelmus de Pont Herchenfret prefato cenobio dedit

(1) A *omnium consuetudinum.*

(2) A ajoute : *que sita est super fluvium Vuaiolii.*

(3) Les mots *medietatem terre sue* sont remplacés dans A par *decima.*

(4) A *farchocarius.*

(5) A *in predicto.*

(6) Les mots *terramq. R.; u. e. d. Ternant,* ne sont pas dans A; ils y sont remplacés par ceux-ci : *in honore sancte Marie.*

(7) Au lieu de *etiam c. t. villa,* A porte : *in honore sancti Aquilini.*

(8) Au lieu de la phrase *Deinde ..... monasteria,* A porte : *Hec omnia libenter, pro redemptione animarum suarum, cum omnibus decimis et terris*

quecumque Osbernus tenebat, cum redicima thelonei et molendinorum seu carrucarum et monasteria. Item Willelmus condonavit eidem cenobio in Vernucis terram unius carruce ob redemptionem anime Emme (1) matris sue. Simili modo dedit Ernaldus frater ejus eidem loco omnia monasteria sua cum terris presbiterorum ac terra de Doit Molsut. Post, donavit Ernaldus terram Alte Ripe et que pertinebant. Willelmus, molendina sua de Vernucis, annuente fratre Ernaldo et que ibi habebat in suo dominio, terramque Guarini et lucum Landigule. Deinde ipse predictus dedit furnos tres eodem loco Mostariolo, concedentibus parentibus suis, et in Vernucis terram Burnendi et duos piscatores de Ternanti. Post hec, Robertus, avunculus eorumdem, de prediis suis dedit huic loco Sanctum Petrum de Potestate Nidi, Sanctumque Serenicum et omnes decimas ipsis locis pertinentes et dimidietatem virgulti Sancti Serenici, piscationesque in Salto (2) ad placitum, et Sanctam Mariam de Monte Guantelen (3), decimamque Siralais totam, et de cunctis honoribus quos ipse adepturus est. Deinde Redulfus quidam ejus miles egrotus, metu mortis, dedit ipso loco ecclesiam de Radon, illo concedente. Inter hec, audiens quidam miles bonus Guado de Drocas condonavit ecclesiam sitam super Arva, in pago Ebroicensi, consencientibus dominis suis et filiis et parentibus et amicis (4). Hanc (5) donationis cartulam (6) ego Willelmus Northmannorum comes (7) scribi feci et manibus archiepiscopi Rothomagensis et episcoporum abbatumque ac principum, quorum nomina et signa subter scripta habentur, sub excommunicatione confirmandam tradidi, quatinus inconvulsa et astipulata hinc (8) et in reliquum permaneat. Ut

---

presbiterorum, domini eorumdem monasteriorum predicto cenobio tradiderunt.

(1) *Emme* manque dans A.

(2) A *Sarta*.

(3) Au lieu de *et s. M. d. M. Guantelen*, on lit dans A : *habitatorum ipsius predicti loci*.

(4) La phrase *Inter hec .... amicis* manque dans A.

(5) A *Hanc igitur*.

(6) A ajoute ici : *nichil potestatis preter elemosinam defensionemque requirens*.

(7) Au lieu de *feci*, A porte : *concessi*.

(8) A *hic*.

si quis eam infringere presumpserit aut aliquid per se vel per alium quocumque ingenio dampnum inferre voluerit, ex auctoritate Dei et omnium sanctorum ab omni christianitate, si non emendaveriit, excommunicatum et in eternum maledictum se noverit, insuper et eterne maledictionis particeps sit; deleatur de libro viventium, et cum justis non scribatur (1).

Signum Willelmi comitis. Signum Malgerii archiepiscopi. Signum Hugonis episcopi. Signum Radulfi Taison. Signum Rogerii de Montgomeri. Signum Willelmi Osberti filii. Signum Emmæ. Signum Roberti filii Geroici. Signum Hugonis nepotis ejus. Signum Hernaldi. Signum Willelmi filii Vuacelini. Signum Lupeti filii Fredelendis. Signum Roberti de Samedella. Signum Drogonis de Reti. Signum Willelmi filii Adeladis. Signum Osberni sacerdotis Nigelfe. Signum Ricardi de Bealfo.

Chartul. S. Ebrulfi, t. I, n. 14.

III (2).

CHARTA GUILLELMI DUCIS NORMANNORUM.

(25 sept. 1050.)

In nomine sancte et individue Trinitatis.

Ego Guillermus Northmannorum dux gratia Dei, cunctis fidelibus pacem et salutem. Si nos, *etc.* (3). De electione autem abbatis loci ejusdem, intercedente Roberto fideli meo, hoc totum concedo, consilio fratrum, tam ego quam successores mei, absque potestate mei sive cujuslibet, in arbitrio monachorum solummodo pendeat. Quod etiam completum est in prima ordinatione abbatis Theoderici

---

(1) Voy. p. 179, la fin de la charte A.

(2) Cf. Orderic, liv. III; II, 30-40.

(3) Cette charte ne diffère guère de la précédente que par l'article relatif à l'élection des abbés, par la date, par la clause qui suit la date et par les souscriptions. Nous nous bornons donc à reproduire ici ces passages. Dans les notes jointes à notre n° II, nous avons relevé les variantes fournies par le texte de la présente charte.

ejusdem loci, eligentibus Roberto atque Willelmo ejus avunculo, scilicet constitutoribus ipsius loci, aliisque monachis, ordinante Lisiocacensi Hugone episcopo, qui hoc etiam ex sua parte, ut tam ipse quam sui successores participes sint beneficii predicti loci, constituit, si ipse aliquando vel ejus successores causa alicujus non recte occasionis abbatem ordinare renuerint, illos perrecturos ad quemcumque maluerint, audientibus Roberto Geroii filio, Hernaldo Willelmoque nepotibus, Hugone etiam qui majorem partem possessionis ejusdem loci tribuit, atque etiam hec concedentibus. Et ego possessiones quas Robertus, *etc.*

Acta publice in saltu Leonis, in loco qui dicitur flumen Loiris, ante Sanctum Dyonisium, anno ab incarnatione Domini millesimo quinquagesimo, epacta sexta, concurrentes septem, feria tercia, luna quinta (1), rege Henrico strenue agente in sceptris.

Quod autem de ordinatione abbatis in arbitrio monachorum esse superius diximus, omni observatione atque sub omnium in Christo fidelium execratione precipimus ut ab illis, non aliqua injusta amicicia corruptis, regule institutoris preceptum observetur.

Postquam, Deo donante, cenobium sancti patris Ebrulfi restauratum est a Willelmo et Roberto Geroii filiis et nepotibus eorum Hugone de Grentemaisnil et Roberto fratre ejus, statuerunt communi consilio, annitentibus secum et consencientibus filiis eorum et nepotibus et omnibus ipsorum baronibus ne aliquis eorum decimam aut ecclesiam sive aliquam aliam rem que ad ecclesiam pertineat alicubi daret nisi tantummodo in isto loco nec se ipsum in suo fine (2) nisi in isto concederet loco cum tota parte sui census. Quod si aliquis de illis vellet vendere decimam aut ecclesiam sive rem que ad ecclesiam pertineat, prius in hoc loco quam alicubi vendendum offerret; si ibi emptio ejus reciperetur, nullo modo aliis valeret vendere; si vero ibi nollent emere, tunc ubi vellet licite posset vendere.

Signum Willelmi Northmannie magni principis. Signum Malgerii archiepiscopi. Signum Willelmi Ebroicensis episcopi. Signum Hu-

(1) Le 23 septembre est le seul mardi de l'année 1050, qui ait coïncidé avec le 5e jour du mois lunaire.

(2) Le ms. porte *sine*.

gonis Luxoviensis episcopi. Signum Roberti hujus cartule auctoris et factoris. Signum Hugonis fratris mei. Odonis episcopi Baiocensis. Signum Rodulfi Taxonis. Ricardi de Belfo. Signum Ricardi de Sancta Scolastica. Willelmi de Monstariolo. Signum Roberti fratris ejus. Signum Rodulfi ejusdem fratris. Willelmi predicti Willelmi filii. Signum Hernoldi. Signum Girois.

Chartul. S. Ebrulfi, t. I, n. 15.

IV (1).

CHARTA RADULFI DE CONCHIS.

(C. 1080.)

Ego Radulfus de Conchis, filius Rogerii de Toneio, omnibus hominibus salutem. Quia in adjutorium Ernaldi de Eschaufo extiteram, dum burgum abbatis Mainardi et monachorum Sancti Ebrulfi incenderet, ego, eisdem abbati et monachis facere volens rectitudinem, super altare illorum vadimonium meum posui et duas vinearum agripennas quas apud Toneium habui ad usum missarum in perpetuam elemosinam, pro salute mea, sancto Ebrulfo dedi. Concessi etiam eisdem quicquid apud Garnenvillam habui, scilicet terram ac boscum; preterea, tres hospites : in Conchis unum, alterum in Toneio, tercium in Akineio, quem Geroldus Gastinellus de me tenuit. In Anglia vero, in comitatu Wigornensi, dedi Alvintonam, cum ecclesia de hac et cum tota foresta mea de Wyre, et omne quod in ea habere potui preter haiam de Beitone, et in comitatu de Northfolc unam carrucatam terre cum omnibus pertinentiis suis in villa de Caldecote. Et hec omnia ego Radulfus in perpetuam elemosinam dedi eisdem. Quare volo ut heredes mei contra omnes gentes omnes donationes meas defendant, et, si quis heredum meorum contra has donationes meas voluerit venire, maledictionem Dei et omnium sanctorum et meam incurrat. Hujus donationis mee testes : Rogerus de

(1) Cf. Orderic, liv. v; II, 401 et 402.

Clara, Galterus de Hispannia, Guillelmus de Paceio, Robertus de Remileio, Geroldus Gastinellus, Gillebertus Toroldi filius, Rogerus de Mucegros, et Galterus de Calvo Monte et multi alii.

Chartul. S. Ebrulfi, t. II, n° 685.

V (1).

MIRACULUM SANCTI EBRULFI.

(C. 1092.)

Henricus, Guillelmi Rufi regis filius, contra Robertum comitem bellum gerens, dum, inter ceteros quos captivaverat, quemdam nomine Ruledum de terra sancti Ebrulfi cepisset, apud Danfrontem castellum suum deposuit. Qui cum sederet ad focum (yemps enim erat) cum lacrimis sanctum Ebrulfum cepit invocare ac dicere : « Deprecor te, sancte Ebrulfe, amice Dei, ut me de ista captivitate eripias. Scis enim quia semper tibi fideliter deservivi. » Cumque hec dixisset, subito obdormivit. Et ecce quidam, manum ejus apprehendens, cepit eum trahere. Tunc expergefactus sensit omnem dolorem de corpore suo recessisse. Erat enim valde debilitatus, in tantum ut nec de loco absque adjutorio alterius movere se posset. Ceciderat vero in itinere de jumento super quod ligatus fuerat. Itaque cepit intra semetipsum cogitare quid ageret quomodo de domo egredi posset. Viderat enim quod miles qui eum ibidem deposuerat ostium per quod exitus in ortum patebat valide cum cuneo obfirmasset. Tamen, assumptis viribus fidei, accessit ad hostium et manu repagulum tenuit. Tum, mirum dictu, cuneus qui fortiter infixus fuerat ad terram decidit. Ille vero, aperiens hostium, pervenit ad exitum ortuli, et aspiciens multitudinem militum ante se in platea vidit consistere et extendens manum dixisse fertur : « sancte Ebrulfe, ducito me; » sicque, ut erat nudis pedibus, linea tantum atque pallio amictus, per medias acies transivit ac si oculos non habuissent. Nullus enim eum

(1) Cf. Orderic, liv. VIII; III, 383.

interrogavit quis esset vel quo tenderet; puto quod virtute sanctissimi viri eum videre nequiverunt. Circa sextam vero horam respiciens post se, vidit militem qui eum ceperat concito cursu venientem. Qui, magno timore perculsus, inter fructeta que se oculis ejus obtulerunt semet occuluit, cumque predictus miles prope eundem locum advenisset, interrogabat bubulcos qui ibidem arabant si hominem quemdam fugientem vidissent, promittens tres solidos illi absque mora se daturum qui ei insinuasset. At illi, Dei timore admoniti, quamvis illum scissent, negaverunt se scire, cumque ille recessisset de loco in quo se occuluerat, captivus surrexit, et, fretus Dei adjutorio et beati Ebrulfi, incolumis ad sua remeavit, perdurans in corpore usque ad nostra tempora. Hoc vero quod retulimus, ex ipsius ore didicimus, eique, quia legitimus et laudabilis vite est, sine scrupulo credimus.

Ex cod. lat. 1864 *Bibl. imp., fol.* 191, *ad calcem vitæ sancti Ebrulfi.*

VI.

ROTULUS PRIMUS MONASTERII SANCTI EBRULFI (1).

(Sæc. XI exeunte.)

I. (2) Anno ab incarnatione Domini millesimo nonagesimo tercio, feria sexta ante dominico ramis palmarum, tempore Rodberti comitis, Willelmi regis Anglorum filii, Ricardus filius Willelmi decani de Guaceio, per infirmitatem quandam quam habuit, requisivit ab abbate Rogerio, qui post abbatem Serlonem rexit ęcclesiam sancti Ebrulfi, et a ceteris monachis ejusdem coenobii ut monachicum habitum illi darent. Qui abbas, per consilium congregationis,

(1) Ce rôle nous a été communiqué par M. Boullé, élève de l'École des Chartes, qui l'a trouvé en 1833 à Paris, chez un marchand de parchemins.

(2) 8 avril 1093.

petitionem ejus adimplevit. Dedit autem ipse Ricardus sancto Ebrulfo ęcclesiam totam de Tolcheta quę est in honore sanctę Mariæ, sicut eam pater suus tenuerat unquam melius. Sed quidam presbiter, Serlo nomine, qui eandem ęcclesiam serviebat, in feudo habebat medietatem altaris et terciam partem decimę et tertiam partem sepulturę quandiu ipse viveret, et duo filii ejus post mortem patris eodem pacto tenere debebant quandiu viverent. Post quorum obitum, id est patris et duorum filiorum, tota remanebit ęcclesia predicta in dominio monachorum. Et hoc concessit Richerius frater ejus et omnes parentes illorum qui presentes esse potuerunt. Ipsa vero ęcclesia non dat nec sinodum nec circatam, quia domnus Willelmus decanus pater eorum de episcopo Luxovii istam consuetudinem in feudo semper t[enuit], quam similiter filii post obitum patris tenebant, de qua consuetudine debet Richerius ipse defensor existere. Dedit etiam ipse Ricardus ad Resenti sedecim sextaria decimę et quinque virgas (1) terrę. Sed propter concessionem et defensionem predictę ęcclesię taliter Richerius frater ejusdem Ricardi tenet ista sedecim sextaria decimę et quinque virgas terrę de abbate, ut, si absque herede de uxore obiret, in dominio sancti Ebrulfi, sicut prefata ęcclesia, solida et quieta remaneret, et clericus ejusdem Resenti villę ecclesie octo sextaria, id est medietatem de XVI sextariis, tenet de Richerio et quinque virgas supradictę terrę. De hoc Richerius ipse concessionem fecit in capitulo coram multis testibus et super altare posuit. Isti sunt testes qui affuerunt : Guillelmus scilicet Calvin de Merulo, Guitmundus de la Genevereia, Hugo filius Fulcaldi, Herbertus Carlevent, Rodbertus filius Huberti conestabuli de Guaceio, Stephanus qui erat sub prefatis Herberto atque Rodberto istius villę prepositus, Isembardus pincerna, Razso decanus et frater ejus Hugo, Radulfus filius Hugolini de Escalfou, Radulfus filius Ernegisi de Tolcheta, Rodbertus de Warleinvilla, Restoldus faber, Gerbertus faber, Engenulfus de Sommera, Willelmus de Vernutiis, Warnerius del Val, Teodelinus presbiter des Alters, Alveredus frater Turstini de Solengi, Rodbertus filius Harduini, Raynerius Frucina. Et hoc etiam concessit idem Ricardus et Ri-

---

(1) Ce mot est en toutes lettres sur le rôle.

cherius frater ejus quod omnes episcopales forfacturas haberemus sicut pater eorum tenuerat in tota villa de Tolcheta.

II. Eodem die (1), in eodem capitulo, concessit Engenulfus gener Willelmi decani patris Ricardi atque Richerii totam decimam unius carrucę ad Tolchetam et accepit orationes in capitulo et uxor ejus de toto suo ad finem se cepit.

III. Tempore Rogerii abbatis, qui abbati Serloni successit, venit Billeheldis uxor Baldrici de Balchenceio in capitulum sancti Ebrulfi, et accepit orationes et beneficium loci, et dedit decimam de suo dominio, id est de sua carruca, et hoc libenter concesserunt filii sui, Rodbertus videlicet dominus de honore et Baldricus. Eodem die, hoc est in die inventionis sancte crucis (2), Rodbertus et Baldricus, filii ejus, qui cum ipsa venerant in capitulum, concesserunt sua spontanea voluntate quicquid pater et antecessores eorum loco dederant et concesserant, et cum matre sua fraternitatem loci cum magna devotione susceperunt, et ęcclesiam sancti Martini nominatim concesserunt, et de his omnibus cum sua matre super altare donationem et concessionem posuerunt. Quapropter abbas dedit eis unum caballum, licet ipsi minime requisissent. Quod cum gratiarum actione susceperunt, eo quod major frater, videlicet Rodbertus, Baldricum fratrem juniorem instruere tunc cupiebat ad militem. Testes Wigerius patruus eorumdem fratrum et filius ejus Fulco, Fulbertus forestarius eorum, Hugo filius Fulcaldi, Marseius, Odo cocus, Natalis nutricius infantis Willelmi videlicet de Roelent et Godefridus sanguinator.

IV. Calumpniam quam Girardus Trove habebat super terram quam apud Molins habemus, antequam obiret, dimisit. Quidam enim monachus noster venit ad eum, illo adhuc in infirmitate jacente, deditque ei habitum monachicum, et tunc, sicut diximus, omnem calumpniam de ipsa terra dimisit, et uxor illius de cujus hereditate erat ipsa terra, et frater ejus Ernaldus Trove. Testis est de hoc Vuarinus filius Osmundi, qui cum monacho erat. In die vero quo eum sepelivimus, venit uxor ipsius Girardi et Ernaldus frater ejus in capitulum, et acceperunt beneficium hujus loci, et concessionem quam fecerant Girardo adhuc vivente confirmave-

(1) 8 avril 1093.
(2) 3 mai 1091-1126.

runt et super altare posuerunt. Testes ex parte illorum : Odo Rufus, Vuillelmus de Fai, Fulco de Granval, Alvere de Nonant, Vualterius de Molins, Herbertus de Sartela, Vualterius presbiter Sancti Hilarii, Vualterius presbiter de Maheru; ex nostra parte : Osbernus prepositus, Haimericus filius Marsai, Rogerius de Sancta Maria, Vuillelmus carpentarius, Vuillelmus Berloquet, Rotbertus nepos Hugonis Buta Torta, Vuarinus Hasle, Rainaldus filius Helvis.

V. Rotbertus filius Vuali de Aura Villa, in die qua patrem ejus sepelivimus, venit in capitulum cum matre sua et accepit societatem nostram, ita ut quando obierit xl^ta solidos servientibus Deo in hoc loco dabit. Sed et clericus quidam filius Buselini, qui cum eodem beneficium accepit, xxx^ta solidos ad finem suum promisit. Concessit vero idem Rotbertus quicquid pater suus nobis donaverat, videlicet duos bordarios qui unoquoque anno quinque solidos reddunt et unum pomerium. Promisit vero ut, si predicti bordarii in paupertatem devenirent, redditus quos reddere solebant ipse redderet. Testes : Osbernus prepositus, Herveus cementarius, Rogerius de Sancta Maria.

VI. Vuitmundus de Maisnil et Rotbertus filius ejus, anno quo Ernaldus monachus noster reversus est de Apulia, concesserunt decimam suę carruce, ipso supplicante, Deo et sancto Petro in cujus honore est ęcclesia de Dambla Villa et sancto Ebrulfo sibique servientibus apud Damblam Villam, pluribus audientibus. Postea vero idem Rotbertus filius Vuitmundi venit in capitulum in secunda septimana de adventu Domini, et accepit hujus loci beneficium sibimet et patri suo et matri et sororibus et fratribus suis, et misit istam donationem super altare. Testes : Gervasius famulus noster, Rogerius de Sancta Maria.

VII. Odo coccus dedit nobis duas acras terrę apud Doith Vileret, pro anima patris sui et matris ac trium infantum ipsius qui mortui fuerant et pro semetipso, illas videlicet quas tenuerat Herbertus Calvin et misit super altare. Hanc autem donationem fecit in die vigiliarum natalis Domini, quando venit in capitulum rectum facere de injuria quam fecerat Unsfrido portario. Testes : Osbernus prepositus, Rodulfus coccus, Rogerius de Sancta Maria, Unsfridus portarius, Clarellus.

VIII. Rogerius Tirel dum in infirmitate jaceret de qua et mortuus est, venit ad eum quidam ex monachis nostris, deditque ei habitum monachi. Idem vero Rogerius dedit nobis tunc unum modium anno-

nę unoquoque anno, annuente uxore sua atque filio minimo Vuillelmo nomine qui ibi aderat. Illud autem modium ita ordinatum est, ut tercia pars esset de frumento, alię duę de grossa annona. In die autem qua eum sepelivimus, venit uxor ipsius et filius supradictus in capitulum, et hanc donationem confirmaverunt et super altare portaverunt. Promisit etiam ipsa quia hoc idem concedere faceret suo filio majori Rogerio nomine qui in Anglia ęrat. Societatem insuper hujus loci acceperunt, ipsa videlicet et filius ejus, corporis et animę. Sed et Hugo de Ortieth et uxor illius Basilia nomine societatem similiter ex toto acceperunt. Rodulfus vero Tirel, nepos ipsius Rogerii, societatem ita accepit ut, si infra Sequanam obiret, corpus illius cum omnibus suis rebus huc afferretur; si extra, quod sibi placuerit de suis rebus huic loco dabit. Testes ex parte illorum : Rodulfus Tirel, Hugo de Ortiet, Vuillelmus de Ortiet, Rotbertus Britto, Lambertus Rufus; ex nostra parte : Osbernus prepositus, Rotbertus de Balchenzai, Odo coccus, Rogerius de Sancta Maria, Haimericus filius Marsai, Unsfridus portarius.

IX (1). Notum sit omnibus pręsentibus et futuris quod Rodbertus de Roelent et frater ipsius Rogerius dederunt sancto Ebrulfo et monachis ejus totam ecclesiam de Telliole et hoc quod habebant in ęcclesia de Dambleinvilla et presbiterum (2) et hoc quod habebant in ęcclesia del Torneor et presbiterum et decimam molendinorum et omnium exituum suorum quod habebant vel habituri essent et redecimationem promptuariorum suorum. Testes qui hoc audierunt et viderunt : Hugo filius Agnetis, Rogerius filius Alan (3) de Scuris, Rogerius filius Geroii, Walterius prepositus.

X. Willelmus vero pincerna filius Grimoldi concessit monasterium del Teilliol sancto Ebrulfo, et suam decimam de Dambleinvilla, et decimam ipsius Rodberti quam in Dambleinvilla habebat. Pro quibus dedit ei domnus Rodbertus in Angliam (4) suam retributionem.

Hugo autem de Millay, cui Grimoldus dederat filiam suam et ec-

(1) Cf. Orderic, liv. VIII; III, 281.

(2) Ici et plus bas, le rôle porte *prbm* avec un signe d'abréviation.

(3) Le ms. porte *Ala* avec un signe d'abréviation.

(4) Sic.

clesiam del Teilliol super centum solidos donec ei ipsos denarios solveret, cum eadem uxore et filiis totum sancto Ebrulfo concessit, et ideo dedit ei domnus Rogerius filius Unfridi, frater videlicet Rodberti de Roelent, sexaginta solidos valens. Qui Hugo cum uxore et filiis et frater ejus Razzo decanus cum eo in capitulum sancti Ebrulfi venit, atque hujus rei concessionnem super altare posuit.

XI (1). Prędictus vero Rodbertus de Roelent in Anglicam terram dedit sancto Ebrulfo et monachis ejus ad Bivellam terram duarum carrucarum et viginti villanos et ęcclesiam cum presbitero et decimam totam, et villam quę Chercabia dicitur cum ęcclesia et presbitero et ęcclesiam de Insula. Dedit etiam in civitate de Cestre ęcclesiam sancti Petri de Mercatorio et tres hospites. Quę omnia ut sanctus Ebrulfus solide et quiete possideret sicuti ipse ea dederat, ante obitum suum venit in capitulum et de his omnibus quę dicta sunt coram conventu concessionem suam confirmavit. Et fuerunt cum eo Rogerius filius Geroici, Durandus prepositus, Burnellus, Osbernus de Orgiariis, Walterius prepositus, isti extremam ejus concessionem quam in capitulum fecit audierunt et testes sunt ex parte ejus; de nostra parte testes: Marseus, Rainerius pincerna, Hugo Magnus.

Tempore autem domni Rogerii abbatis, venit quadam die in capitulum sancti Ebrulfi Vuillelmus filius ejusdem Rotberti, concessitque omnia que pater suus sancto Ebrulfo dederat, beneficiumque loci accepit tunc, et harum rerum concessionem super altare per unum librum portavit. Testes : Odo Rufus et filii ejus Rogerius atque Gervasius, Godefridus nutritor ejusdem Vuillelmi, Vuillelmus Bulzon, Hugo filius Fulcoldi, Osbernus pincerna, Tanquere filius ejus, Gervasius famulus, Rogerius de Sancta Maria, Anschetillus frater Vu... (2), Unsfridus portarius, Herbertus Anglicus, Rodulfus Cornu, Ragnulfus sutor, Rotbertus filius ejus, Goisfredus Rufus, Vuillelmus del Maisnil. Signum Willelmi filii Rotberti de Roelent.

XII. Alains autem de Dussiaco, cum consilio uxoris sue Goelun et filii sui Rotberti dedit Deo et sancto Ebrulfo et monachis Deo et ipsi sancto servientibus ecclesiam de Dambleinvilla cum tota de-

---

(1) Cf. Orderic, liv. VIII; III, 281.

(2) La fin du mot effacée.

cima quę ad eum pertinebat, tam de dominio suo quam de terra hominum suorum. Hoc fecit laude et consilio baronum suorum : Alain Perer, Amiun, Joscelini, Geroldi de Ciresails, et ipsis testibus hoc firmavit; isti testes de sua parte; ex parte sancti Ebrulfi testes fuerunt Radulfus dapifer, Hugo de Sancta Maria, Hugo de la Landa, Guillelmus de Dambleinvilla, Rodbertus filius Rainerii, Anscherius filius Burchardi. Propter hoc accepit a monachis sancti Ebrulfi septem libras rotomagensium denariorum et sex libras cenomannensium. Signum Alaini. Signum Goeli uxoris ejus. Signum Rodberti filii sui. Signum Alberedę filię suę.

Hoc concessit Ricardus filius Torouf qui eandem ęcclesiam de Alaim tenebat, et Hamelinus filius Villelmi qui de ipso Ricardo ipsam ęcclesiam tenuerat.

Post suprascriptam concessionem, quędam femina uxor Durandi filii Nortmanni de Dambleinvilla et filius ejus concesserunt (1)...

. . . .

XXV. Radulfus de Drumara et ejus filius Herveus dederunt sancto Ebrulfo decimam de omnibus quę habebant in Danbleinvilla et in Maisnil et coram testibus miserunt donationem super altare, et pro hoc habuerunt beneficium loci. Testes : Drogo presbiter de Sancto Nicholao, Hademarus presbiter de Pont Erchenfredi, Willelmus del Noiher, Tigerius de Pont Erchenfredi, Hivelinus ejus pater, Witalis homo Tigerii, Isembardus senescalcus, Raynerius senescals, Ernegisus filius Borel, Rotbertus de Vuarleinvilla, Ricardus marescalcus, Haymericus filius Marses, Raynaldus de Nigra Aqua, Godefridus sanguinator.

XXVI. Drogolinus filius Frogerii, monachi videlicet nostri, dimisit omnes calumnias quas faciebat et concessit cum filio suo decimam suam quietam et solidam sicut dederat illam prius. Testes Hugo de Sapo, Bermodus filius Rodberti mercatoris, Rogerius filius Drogolini qui habuit unum sextarium frumenti (Drogolinus ejus pater decem solidos), Isembardus senescalcus, Osmundus de la Notha, Rogerius filius Rainerii, Rotbertus de Vuarleinvilla, Rotbertus nepos Hugonis Magni.

XXVII. Vuillelmus filius Avesgoti dedit sancto Ebrulfo deci-

(1) La fin de cette notice et les notices XIII-XXIV étaient sur le bout du rôle qui a été perdu. Le n° XXV et les suivants sont au dos du rôle.

mam totius terrę suę quę est ex altera parte aquę et decimam pecunię suę et omnium rerum suarum, et se cum tota sui parte quando defunctus fuerit. Testes Ernegisus presbiter, Hugo prępositus, Isembardus senescalcus, Ragnulfus carpentarius, Rodbertus de Vuarleinvilla, Hugo lignarius, Herbertus Asnellus. Quod inde habuit equum qui de uxore Hugonis de Grentemaisnil Adeliza fuit.

XXVIII. Richerius filius Gisleberti Pes-de-capra de Criptis concessit sancto Ebrulfo decimam quam suus pater pro anima sua Deo donaverat, et pro hoc habuit orationes et beneficium loci. Testes Marses, Haymericus filius ejus, Godefredus sanguinator, Rotbertus Blundus.

XXIX. Vuillelmus Alis dedit sancto Ebrulfo terram ad unam domum faciendam in Marnafai ubi congregarentur et servarentur decimę sancti Ebrulfi de illa regione.

XXX. Rodulfus de Sancta Columba dedit sancto Ebrulfo decimam suam et se atque totum suum concessit post suam mortem. Testes Isembardus senescalcus. Rotbertus de Vuarleinvilla.

XXXI. Anno ab incarnatione Domini millesimo nonagesimo, ipso anno quo rex Vuillelmus filius Vuillelmi regis Anglorum una cum fratre suo Rotberto comite ultra mare profectus est, facta est hęc conventio inter monachos sancti Ebrulfi et Vualterium presbiterum filium Pantoli presbiteri, totam terciam partem decimę ęcclesię sancti Dionisii de Maheru illi concesserunt monachi, pręter quod de diversis partibus sumptibus propriis adtraxerant, de quibus nichil illi concesserunt. Sed et sepulturę totius medietatem concesserunt, et altare ex integro totum, nisi sex solummodo festivitates, id est natale Domini, purificatio sanctę Mariæ, pascha, rogationes, natale sancti Dyonisii, festivitas omnium sanctorum, quas medias retinuerunt. Hanc(1) autem elemosinam dederat Vuillelmus de Molins sancto Ebrulfo, concedente uxore sua Albereda quam tunc habebat; sed postea, cum illam consanguinitatis causa dimisisset, duxit aliam nomine Dudam, cujus tempore requisivit jam dictus Vualterius presbiter suum dominum prefatum Vuillelmum et ejus uxorem Dudam, quatinus per eorum interventum monachi sancti Ebrulfi aliquam partem in ęcclesia ei

(1) Cf. Orderic, l. v; II, 407.

concederent. Monachi ergo per eorum deprecationem concesserunt ei quę supra scripta sunt, et ipse cum suo patre dimisit omnem calumniam in pręsentia domini sui Vuillelmi et uxoris ejus Dudę et in pręsentia baronum ejus qui in testimonio ibi affuerunt, quorum nomina ista sunt: Willelmus presbiter, Girardus presbiter, Rodulfus presbiter, Mangotus presbiter des Logis, Rodulfus de Sancta Columba, Hugo de Blavo et suus nepos Hugo de Aspris, Herbertus prępositus, Girardus Trovez, Willelmus del Fait, Gislebertus del Maisnil, Engenulfus de Aspris, Hugo filius Ricardi. Goysfredus de Sancto Aniano, Girardus de Blavo, Escollantius del Alneito, Hugo prępositus, Isembardus senescalcus, Rotbertus nepos Hugonis Buta torta.

XXXII. Bainnart filius Rodulfi Pichenoth, tempore domni Rogerii abbatis, venit ad nostrum monasterium die festivitatis sancti Ebrulfi, et concessit omnem decimam de sua terra quam habebat apud Marnefai, sicut pater ipsius Rodulfus concesserat, et illam de Lestelun quam nobis uxor ipsius antea concesserat. Habuit vero inde in caritate quinque solidos dunensium ad emendum psalterium filio suo quem ad scolam miserat. Hanc autem concessionem per unum librum super altare portavit, ipse et uxor ipsius. Testes utriusque partis: Rotbertus et Mainerius fratres ipsius, Odo Calvis, Germanus filius Lamberti, Osbernus pincerna, Odo coccus, Vuillelmus Vuerreglaz.

XXXIII. Rotbertus Bordon de Neelfet venit aliquando ad istum locum, deditque Deo ac sancto Ebrulfo monachisque sibi servientibus omnes decimas suas quas in suo dominio habebat, tam de se quam de suis hominibus, et per textum paratum evangeliorum super altare hanc donationem misit. Teste Hugone presbitero ipsius qui cum eodem advenerat, Odone cocco, Rotberto Rengerii genero, Vuillelmo carpentario. Monachi vero unum palefridum caritative eidem dederunt.

XXXIV. Unfridus de Merestona residens in capitulo beati Ebrulfi concessit eidem sancto totam terram suam quam habebat in dominio Danblainvillę, et in Anglia apud Bivelle terram duarum carrucarum. Affuerunt autem ibi Odo cocus, Rodbertus Anglicus et Herveus et Guarnerius.

XXXV. Rogerius autem Banaste dedit decimam quam habebat in dominatione de Croisilles, duas garbas silicet. Testibus Gausfredo milite suo et Rodberto Hastivel, et ex nostra

parte Rogerio de Sancta Maria et Odone coco et Rodberto Anglico.

XXXVI. Ricardus filius Torolfi, Rodberto decano. Volo ut scias quod ego concessi hoc quod habeo in ecclesia sancti Petri Danblainvillę sancto Ebrulfo et meis fratribus; et si tu aliquid calumniaveris, rectum tibi inde consenciam. Et hoc concedit Hamelinus filius Vuillelmi. Teste Hamelino Cornubię et Alfredo suo homine et Rogero de Belmesio et Radulfo de Glapinneo et Hugone Trencardo.

XXXVII. Anno ab incarnatione Domini millesimo nonagesimo octavo, indictione prima, in quadragesima, die absoluta cenę Domini, Rodulfus filius Huelinę de Scalfou venit in capitulum beati Ebrulfi et eidem loco ex toto in corpore et anima se firmiter deputavit, cum omni substantia quę ei continget in fine. Qui etiam animę suę saluti pręvidens, a domno abbate R. et a fratribus humili devotione petiit, ut, cum ejus obitus aderit, tantum pro eo faceremus, quantum pro uno ex nobis defuncto. Quod itaque nobis agendum est, quia ei promisimus, tali vero conditione, quod pro unoquoque monacho defuncto quoddam tricesimale faciet cantare, cum quo illud quod consuetum debetur libenter complebit, atque unoquoque anno in recordatione sibi concessi beneficii dabit nobis sexaginta solidos dunensium denariorum, certo termino, in die absolutionis ad mandatum Domini faciendum, pro sua et fratrum suorum salute, et inde suppliciter ac devote posuit donum super sacrum altare, videntibus et audientibus legitimis testibus Odone, Herveo, Rodberto.

XXXVIII. Quadam die, Rogerius de Solengeto venit ad monasterium nostrum et in capitulo ex toto societatem nostram accepit, scilicet de corpore et anima ad obitum sui cum omni possessione sua, et ibidem Deo ac sancto Ebrulfo dedit duas acras terrę; qui inde cum devotione per unum librum donum super altare posuit, testibus subscriptis : Rogerio de Sancta Maria atque Odone cocco.

XXXIX. Vuarinus et Odo filii Vuillelmi filii Vuitfredi venerunt quondam in capitulum sancti Ebrulfi, concesseruntque Deo ac sancto Ebrulfo decimam de Resinti quam Ricardus monachus filius Vuillelmi decani, cognatus eorum, sancto Ebrulfo dederat, quam calumniaverant. Dederunt autem eidem sancto ac monachis duas garbas decime de terra Anschetilli Asprele, quę terra apud Resinti sita est, et quattuor ortos terre secus viridiarium eorumdem

monachorum, et ante domum Vuillelmi decani unum campum terre et unum ortum, et ad Fangiam truncatum, et in Monte adversarii vineam Seivoldi de Resinti. Habuerunt autem pro concessione ac donatione harum rerum unum equum et sex solidos cenomanensium et sextaria duo annone. Acceperunt vero ipsi societatem hujus loci tunc ex toto. Testes ex parte eorum : Mozol de la Fangia, Aericus, famulus comitis Ebroicensis; ex nostra : Osbernus pincerna, Odo coccus, Rogerus de Sancta Maria, Herveus cementarius, Rogerus Biguin, Unfridus portarius.

Heirardus Gualterii Calvi mediator ex toto societatem hujus loci accepit, cum omni suo in fine; his testibus : Osberno dapifero. Herveo cementario, Rogerio de Sancta Maria, Rodberto lavandario.

XL. Alveredus de la Landa cum uxore sua societatem hujus congregationis accepit devote cum omnium rerum suarum possessione in obitu sui. Teste Rogerio de Sancta Maria.

XLI. Rodulfus filius Balduini Modici venit quadam die in capitulum sancti Ebrulfi et dedit Deo ac eidem sancto, pro anima patris sui et matris ac fratris sui Balduini, decem acras terre sitas ante domum suam in duobus locis, habuitque exinde in caritate tredecim solidos cenomanensium et unum bovem, fueruntque testes ex parte ejus : Anschetillus filius Primoldi atque Mozol; ex nostra : Osbernus, Odo, Unfridus portarius, Vuillelmus infans de Roelent, Rotbertus Anglicus, Ragnulfus carpentarius.

XLII. In eodem vero capitulo, dedit Mozol de la Fangea, pro anima patris sui matrisque ac pro semetipso, sancto Ebrulfo tres acras terre atque dimidiam, concedente ipso Rodulfo domino ipsius societatemque hujus loci corporis et anime suscepit. Testes supradicti.

Idem vero Rodulfus, anno quo Rotbertus comes iter eundi in Jerusalem arripuit, invadimoniavit monachis sancti Ebrulfi culturam terre alnei Calvinei usque ad novem annos per unum equum precii xx solidorum cenomanensium. Quod si in die jovis ascensionis Domini noni anni reddiderit precium istud, habebit terram suam quitam; si non reddiderit tunc, tenebunt illam donec exinde habeant duas segetes hiberni et tremesii, et ita semper facient, nisi ipso die jovis reddiderit precium istud; hoc idem annuentibus filiis suis atque uxore. Testibus his ex nostra parte : Gervasio, Herveo, Odone cocco, Zuetel filio ejus, Tancreo, Rot-

berto hospitario, Rotberto Anglico; ex sua parte : Vuillelmo filio Rainaldi.

Terram etiam Anschetilli filii Primoldi invadiavit idem Rodulfus supradictis monachis usque ad VII annos per XX solidos cenomanensium et L^{ta} rotomagensium a festivitate sancti Remigii ita ut, si in die festivitatis supradicte VII^{mi} anni reddiderit pecuniam istam, recipiet suam terram; si non, more supradicti vadimonii tenebunt terram quoatusque reddat pecuniam. Testes ex sua parte : Rodulfus Blundus, Fulco filius ejus, Vuarnerius Gruel, Rain[aldus] de Faveriz, Mozol, Giroldus gener presbiteri; ex nostra : Herveus, Osbernus, Odo, Gervasius, Tancreas.

Warinus Trebusiun dedit monachis sancti Ebrulfi dimidium ortum terre situm secus viridiarium eorundem monachorum, concedentibus filiis ipsius, misitque super altare. Dedit vero eidem in caritate Ricardus monachus unam minam avene. Teste Osberno, Unfrido portario.

XLIII. Tempore domni R. abbatis, Albertus Murdac de Bacchenceio venit in capitularem domum sancti Ebrulfi et eidem sancto monachisque suis ibi Deo servientibus duas partes decimę suę, scilicet totas duas garbas hęreditarię et quiete dedit, uxore sua libenter concedente et unica sua filia. Pro cujus rei recognitione, in caritate XX^{ti} solidos denariorum habuit. Ob hoc utrique pręfati orationes atque beneficium ipsius loci cum gaudio susceperunt. Ipse autem Albertus ex toto, scilicet de corpore et anima, societatem hujus cenobii accepit, cum omnibus rebus suis in fine. Et de omnibus his donationem et concessionem per quendam librum posuit super altare. Ex sua parte testes sunt Drogo sacerdos de Valle et filius ejus Baldricus; ex nostra vero : Rodbertus de Warlenvilla, Rodbertus presbiter filius Plus belle, Aschet de Vernuciis, Rodulfus Cornutus, Richerius.

XLIV. Notum sit omnibus presentibus ac futuris quod Sanson de Cuelet omnes illas res, scilicet decimas, terras, prata et si aliud super est Deo ac sancto Ebrulfo concessit, quas prefatus confessor et sui monachi ab antecessoribus ipsius Sansonis tenuerant. Ad cujus concessionis recognitionem, quendam equum habuit, quem dedit ei domnus Ernaldus de Teillol, jussu domni R. abbatis, atque ex toto de corpore et anima huic loco se certissime dedit cum tota possessione sua in obitu suo. Quod factum est in grangea Willelmi prepositi. Ex sua parte assunt testes Gualterius, Gisle-

bertus, Rodbertus, Serlo de Faleisio; ex nostra autem: Ernaldus de Perceio, Frodo, Anschetillus, Willelmus prefectus.

XLV. Johannes de Eschosz et conjux ejus quadam die in capitularem domum sancti Ebrulfi venerunt; qui, beneficium et orationes accipientes, se ex toto in corpore et anima eidem loco commendaverunt, cum quacumque sua seculari substantia, in hujus vitę excessu. Prędfatusque Johannes eidem sancto suisque cenobitis quandam domum juxta ęcclesiam sanctę Marię de Tolcheta cum aliquantis terrę appenticiis concessit, et decimam quę dicitur de Nemore. Cujus concessionis donationem per majorem textum tulit super altare. Testibus subscriptis, ex parte sua: Odone de la Rovreiet, Willelmo Nigro, Rogerio de Ponte Ollein; ex nostra vero: Osberno dapifero, Herveo cementario, Rogerio de Sancta Maria.

XLVI. Willelmus etiam Niger, quidam suus commilito, similiter ex toto se cunctamque possessionem suam cum obierit huic monasterio deputavit. Rogerius vero de Ponte Ollein ita hujus loci beneficium accepit, quod in obitu sui sexaginta solidos denariorum sancto Ebrulfo ac suis servientibus tribuet.

XLVII. Tempore domni Rogerii abbatis, Rodulfus Rufus [de] Ponte Herchenfredi, noviter miles effectus, atque Guascelinus frater ejus venerunt in capitulum nostrum, acceptoque beneficio et orationibus ipsius loci, concesserunt Deo ac sancto Ebrulfo suisque servientibus omnia quę precessores sui dederunt et concesserunt eidem sancto. Cujus concessionnis donationem Rodulfus per quendam librum tulit super altare, et ideo ipse Rodulfus unum palefridum quam optimum habuit, quem dedit ei domnus abbas Rogerius communi consilio fratrum. Ex parte Rodulfi testes affuerunt: Tigerius prepositus, Ricardus Osberni filius atque Guillelmus Gravenceon; parte vero de nostra: Osbernus dapifer, Rogerius cunabularius, Rodulfus de Nigra Aqua, Tancredus, Rodbertus de Guarlenvilla, Godefridus flectomarius.

XLVIII. Hamelinus nepos Raynaldi de Bailloil dedit sancto Ebrulfo terciam partem ęcclesię sancti Aniani de Escorcis, hoc rogante atque concedente Hugone clerico qui eandem partem prędictę ęcclesię tenebat de eodem Hamelino. Dedit etiam idem Hamelinus sancto Ebrulfo decimam de tota terra quam in Voiri habebat. Testes ex sua parte, Rogerius filius Gisleberti de Estripinne: Ricardus del Tel, Rozselinus de Baillol, Lupetius armiger Hamelini; ex nostra parte: Osbernus senescalcus, Herveus cementa-

rius, Gervasius, Rogerius de Sancta Maria, Rodbertus nepos Hugonis.

XLIX. Tempore domni Rogerii abbatis, Goisfredi prioris, Rodulfus presbiter ęcclesiam de Naufia cum omnibus quę in ea vel hęreditate vel in elemosina habebat, annuente fratre suo Ricardo, monachis sancti Ebrulfi in capitulo eorum dedit. Unde quinquaginta solidos cenomannensium de pecunia ęcclesię in caritate habuit. Testes ex sua parte : Ricardus frater suus, Hugo de Voirei, Willelmus Claron ; ex nostra vero : Osbernus pincerna, Herveius cementarius, Odo cocus, Rogerius de Sancta Maria, Guarinus Haslet, Unfridus mariscalcus. Sed, peccatis suis, Rodulfi scilicet presbiteri, exigentibus, longo tempore post, injurias plurimas inde monachis fecit. Deus autem, qui servorum suorum nunquam obliviscitur, cor ejus visitando, ad poenitentiam eum reduxit. Videns nanque quod male egisset (1)..............................
....

VII (2).

CHARTA RICHERII DE AQUILA.

(13 nov. 1099.)

Richerius de Aquila, Ingenulfi de Aquila filius, universis ad quos presens scriptum pervenerit, in Domino salutem. Sciatis me concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et sancto Ebrulfo et monachis ejusdem loci quicquid Ingenulfus pater meus et fideles homines ipsius et mei donaverunt eisdem monachis in liberam et quietam elemosinam, in quibus hec propriis exprimenda duxi vocabulis : ecclesiam de Aquile villa cum omnibus pertinentiis suis, et totam eandem villam, et quitanciam cornagii et passagii et thelonei et consuetudinis de omnibus que ad victum et vestitum eorum pertinent et famulorum eorum qui de proprio

---

(1) La fin manque.
(2) Cf. Orderic, l. x; IV, 67.

eorum pane vivunt; apud Ciseium decimam molendini de coisel; apud Aspras decimam quam eis donavit Walterius de Aspris; apud Augesam unam medietariam quam eis donavit idem Walterus; apud Albam decimam quam dedit eis Fromundus de Alba; apud Poileium medietatem ecclesie et cimiterii et terciam partem tocius decime quas eis donavit Ernaldus de Bosco Fulberti homo meus. Et ne hujus rei veritas ignoretur, presentem cartam meam sigilli mei munimine roboravi. Presentibus dominis : Gilleberto scilicet Lexoviensi, Gilleberto Ebroicensi, Serlone Sagiensi episcopis, ipso die quo ecclesiam sancti Ebrulfi ipsi tres dedicaverunt. Testibus domina matre mea Richoereda, Gilleberto et Roberto fratribus meis, Judiht uxore mea filia Ricardi de Abrincis et sorore Hugonis comitis Cestrensis, et aliis multis apud Sanctum Ebrulfum, in die dedicationis ejusdem ecclesie.

Chartul. S. Ebrulfi, t. II, n° 701.

VIII (1).

CHARTA HENRICI I.

(1113.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Henricus, Dei gratia rex Anglorum et Normannorum dux atque Cenomannensium princeps, fidelibus omnibus, pacem et salutem. Scriptura referente illud proverbium cognoscimus : « Decet regem discernere legem », et : « Cui plus committitur, plus ab eo exigetur », et illud : « Operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei », et : « Reddet Deus unicuique juxta opera sua ». Igitur talia preconia et alia quam plurima que divina pagina refert contuens, hedinamque societatem precavens ac ovino cetui in dextris posito admisceri concupiscens, pro anima mea meorumque predecessorum, concedo abbatie sancti Ebrulfi ac monachis suis omnia ista hac presenti

(1) Cf. Orderic, l. xi; IV, 302.

scedula subscripta a quibuscumque habebat, et precipio quatinus ex istis subscriptis quibus nunc saisata est nullus aliquid surripiat nec inde sit placitum nisi in mea curia. Que autem concedo hec sunt : De elemosina Willelmi de Brictolio decem libre dunensium per annum, quas Eustachius filius ejusdem Willelmi concessit. . . . . (1); ecclesia sancte Marie de Boenmolin cum tota decima ejusdem ville ac terra eidem ecclesie pertinente ; ecclesia sancti Laurencii cum terra ad unam carrucam ; ecclesia sancte Columbe cum universa decima parrochie ; ecclesia sancte Waldeburgis cum tota decima ; ad Parvam Albam terra ad unam carrucam cum parte decime ; ad Coldrealx terra ad sex boves ; ad Ferrariam Hugonis de Aspris due partes decime ; ecclesia sancte Marie de Alba cum omni decima ejusdem ville atque terra eidem ecclesie pertinente ac decima unius molendini ; ecclesia sancti Martini de Merula cum omni decima ejusdem ville atque terra ad quatuor boves et in cimiterio duo hospites ; ad Olleriam terra ad unam carrucam ; ecclesia sancti Martini de Scamis cum sua decima et decem acris terre ; ecclesia sancte Marie de Tellol cum omni decima et uno hospite et decima molendini ; ecclesia sancte Trinitatis de Maisnil Vicecomitis cum LX[a] acris terre et una acra de prato atque decima molendini de Fossa ; ad Crosillas XXXX[a] IIII[or] acre terre de feodo Rogerii de Barla ; ecclesia sancte Marie de Tolcheta cum omni decima parrochie ; ecclesia de Meis David cum tota decima et cum capella sancte Marie de Tyrum ; ecclesia sancte Eugenie cum omni decima et cum terra eidem ecclesie pertinente ; ad Baillol terra ad unam carrucam cum omni decima de molendinis et de pasnagio atque herbagio domini ejusdem ville ; ecclesia sancti Martini de Naialfa, quarta parte excepta de altari et decimis, et XIIII acre terre ; ecclesia sancti Gervasii de Catefavereli cum dimidia decima ; ecclesia sancti Martini de Grentemesnil cum omni decima et terra sacerdotis et VII acre alie de terra atque decima de Murcench ; ad Albe villam quedam pars decime ; ad Gandrelogias quedam pars decime ; ecclesia sancti Gervasii de Prunerio cum omni decima et terra eidem ecclesie pertinente ; ec-

(1) Place d'un membre de phrase, qu'on a effacé en grattant le parchemin. Je crois que les premiers mots étaient ceux-ci : *ecclesia sanct Dionisii de Maheru.*

clesia sancti Petri de Dambleinvilla cum cimiterio et omni decima atque decima dimidii molendini ejusdem ville; ecclesia sancti Vigoris de Louvenio cum omni decima ejusdem ville atque terra clericorum; ecclesia sancti Petri de Tharentana cum omni decima; ecclesia sancti Martini de Estolvi cum omni decima et decima molendini ejusdem ville; ad Poppevillam xx[ti] solidi de uno rustico; ad Rouvillam decima de vii[tem] allodiis; ad Sanctum Nicholaum de Essartis decima de dominio domini de v[que] bordariis unaque acra terre; ad Ermentruvillam hospes quidam; ad Sottevillam ii[e] acre prati; ad Cavilletum iii[es] acre prati; ad la Ferte decima de omnibus redditibus domini, id est de molendinis et de theloneis atque censis et de nemore suo, atque porcis nostris pastio quieta; ad Marnefaium decima de omni feudo Willelmi Aiis et due acre terre, de duobus molendinis Walteri Sublel tria sextaria decime, de molendino Roberti de Plesseiz tria sextaria decime, atque decima de sua parte nemoris de la Ferte; de molendino Rogerii de Gloz recta decima quod apud Uncinx situm est; de molendino de Fossa quod est super Carenthenam unum sextarium frumenti de decima; de molendino Crispini de Barla recta decima; de Novo Mercato medietas ecclesie sancti Petri et omnium rerum ad eam pertinentium; ecclesia de Garleinvilla cum omni decima et terra ad duas carrucas cum hospitibus ibi manentibus; de molendinis de Jort domini Monti Pinchonis et de molendino de Burtevent recta decima; ecclesia sancti Martini desuper aquam que Via dicitur cum omni decima ac terra presbiteri et sex acre terre de feudo Belli Altaris; a Poili super Arvam decima quam tenuit Ernaldus de Bois; decima de Mainil Rainardi; ad Pontem Erchenfredi decima de feudo Gileberti filii Turoldi, et decima molendini Ernaldi de Ha...; ad Vuaravillam x saline; ecclesia sancti Martini de Balquenchai cum tota decima ejusdem ville; ecclesia sancti Andree de Eschalfou cum omni decima ac terra eidem ecclesie pertinente; ad Tiliam terra ad duas carrucas; et ecclesia sancti Martini desuper Wael cum hoc quod eidem ecclesie pertinet; ad Fontanias in Obsimine due garbe de allodio Rodulfi Baseth et de fisco ejusdem Baseth; due de prato acre apud Louvenium atque in eodem Lovenio decima unius molendini; ad Jascherai xl[a] v[que] acre terre; ecclesia de Sappo Ferraria cum omni decima etiam de cortillagiis, et decima thelonei et molendini quod est apud Novillam et tocius redditus Sappo pertinentis; furnus autem de Sappo ex

toto atque terra ecclesie ipsius Sappi pertinens; omnes ecclesie de Ponte Erchenfridi cum omni decima et decima de theloneo et de molendinis ipsius ville; ad Bernerias quedam pars decime; ecclesia de Od cum omni decima ejusdem ville et terra ad unam carrucam et decima molendini ejusdem ville et aliquot hospites; ecclesia de Duit Ertu cum decima et tota ipsa villa; ad Barou unum modium annone; ad Radon ecclesiam ejusdem ville cum tota decima; ad Vernucias medietatem molendinorum et quemdam boscum qui vocatur Landella; ecclesia sancti Petri de Noron cum omnibus rebus quibus modo saisiata est.

Hanc autem donationis cartulam ego H. rex scribi feci anno quo comes Andegavensis mecum pacem fecit et Cenomannum de me, meus homo factus, recepit, et confirmavi atque confirmo in turre Rothomagensi, presentibus istis quorum nomina et signa subter scripta. Signum regis Henrici. Signum Goiffredi Rothomagensis archiepiscopi. Signum comitis de Mellent (1). Signum Nigelli de Albineio. Signum comitis Ricardi (2). Signum Huelli (3) de Ivreio. Signum Willelmi Pevrelli. Signum Willelmi de Sai. Signum Rogerii de Tieboudivilla. Signum Willelmi de la Lunda. Signum Walteri de Vernone. Signum Rodberti filii Anchetilli. Signum Willelmi filii ejus. Signum Patricii de Chaorcis. Signum Rodberti filii regis. Signum Willelmi Bigot (4).

Chartul. S. Ebrulfi, t. I, n° 16.

---

(1) Robert.

(2) Le comte de Chester.

(3) *Goellus* dans Orderic, t. IV, p. 302.

(4) Les signes omis par le rédacteur du Cartulaire ont été rétablis d'après une copie de l'année 1671, que nous avons rencontrée dans une collection particulière.

IX.

CHARTA HENRICI I.

(1107-1135.)

H. Dei gratia rex Anglie et dux Normannie archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, justiciis, ballivis, ministris et omnibus fidelibus suis, salutem. Sciatis me, ad petitionem dilecti et fidelis mei Nigelli de Albigneio, concessisse et presenti carta mea confirmasse abbati et monachis sancti Ebrulfi duas partes tocius decime de Villaris, garbarum videlicet, lini, canabi et leguminum et ortorum et fructuum omnium virgultorum ejusdem ville et omnium de quibus decima juste dari debet, habendas et possidendas de dono et largitione predicti Nigelli meaque concessione et confirmatione in perpetuam, liberam et quietam elemosinam, ita quod de ea nemini preter Deum servicium aliquod facere tenebuntur. Concedo preterea et presenti carta mea confirmo prefatis abbati et monachis subscriptam conventionem inter eos et sepe dictum Nigellum in presencia mea factam super villa que Culleium dicitur super Olnam. Concesserunt namque idem abbas et monachi memorato Nigello quicquid habebant in supradicta villa, quam de dono dominorum [de] Grentemesnil (1) in elemosina possidebant, tenendum de ipsis abbate et monachis in feodum et hereditatem, excepta ecclesia cum duabus omnium decimarum suarum et molendinorum ejusdem ville partibus, ita quod per eorum manum et submonitionem servicium unius militis quod inde (2) michi debetur faciet prefatus Nigellus in meis negociis et exercitibus, et pro relevamento terre et regalibus serviciis et taliis abbatie sancti Ebrulfi a me vel heredibus meis concessis, licebit prefatis abbati et monachis in eadem villa justiciam suam facere quociens sibi

(1) Le ms. porte *Gretesmenil.*
(2) Peut-être *ibi.*

viderint expedire, nec poterit idem Nigellus vel heredes ejus milites vel alios homines ejusdem ville ad alias consuetudines trahere quam ad eas quas de jure debebant abbati et monachis sancti Ebrulfi facere, quin abbas et monachi, si clamorem inde fecerint, justiciam super eum faciant in illa villa donec congrue emendetur. Similiter et pro omnibus forifactis aliis et emendis ipsius Nigelli versus abbatem et predictos monachos (1). Quare volo et firmiter precipio ut supradicta omnia ab utraque parte ita pacifice et quiete teneantur sicut unquam aliquis homo melius et honorificencius de me aliquid tenuit. Testibus me ipso, Ricardo Baiocensi et Johanne Lexoviensi episcopis, et Nigello de Albigneio. Apud Cadomum.

Chartul. S. Ebrulfi, t. I, n. 19.

---

(1) Nous savions par Orderic (l. III; II, 33) que l'église de Cullei, aujourd'hui Rabodanges, avait été donnée aux moines de Saint-Evroul, et cette circonstance avait fait supposer à M. Le Prévost (V, 8) que cette paroisse était la patrie de Robert de Cullei, surnommé Burdet, qui devint en 1128, prince de Tarragone. La conjecture de notre savant maître ne saurait être l'objet du moindre doute, depuis qu'une charte de Henri II (vers 1168) nous a montré que la famille Burdet florissait encore à Cullei dans la seconde moitié du XII^e siècle. Voici le passage qui met hors de contestation ce point, qui n'intéresse pas moins l'Espagne que la Normandie : « Preterea sciatis quod Ricardus Bordet recognovit coram me abbati et monachis sancti Ebrulfi dominatum tocius ville de Cueleio et ecclesiam ejusdem cum omnibus pertinentiis suis, totam decimam garbarum, lini, canabi et leguminum et molendini ejusdem ville, et dimisit eis quicquid juris vendicabat et clamabat in eisdem decimis et straminibus et custodia earum. Predicti vero abbas et monachi receperunt eum et Beruerium filium suum in ordine suo et monacatu, intuitu pietatis et precum mearum interventu. » *Chartul. S. Ebrulfi*, t. I, n. 21.

X.

CHARTA HENRICI I.

(1107-1135.)

H. rex Anglie, omnibus baronibus et fidelibus totius Normannie, salutem. Sciatis me concessisse Deo et sancto Ebrulfo, abbati et monachis ejusdem loci Deo famulantibus, duas partes decime de Vilers, quas Nigellus de Albineio eis dedit, scilicet duas garbas de dominio et de tota villa, et duas partes decime similiter de vitulis et agnis et porcellis, et de ortis tocius ville, et de illis rebus de quibus consuetudo est, et de caseis et de lana et de omnibus rebus de quibus decima juste debet dari, et duas partes etiam decime de molendino ejusdem ville. Volo itaque et precipio ut hoc in pace et honorifice teneant, ne quis eis injuriam aliquam de hac re inferat. Testibus Ricardo episcopo Baiocensi, et J. episcopo Luxoviensi et Nigello de Albineio. Apud Cadomum.

Chartul. S. Ebrulfi, t. II, n. 680.

XI (1).

CHARTA HENRICI I.

(1123-1128.)

H. Dei gratia rex Anglie et dux Normannie, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, vicecomitibus, justiciis et omnibus ballivis suis, salutem. Noverit universitas vestra me, ad petitionem dilectorum et fidelium meorum Roberti de Grentemesnil et Roberti de Sancto Serenico, concessisse et hac presenti carta

(1) Cf. Orderic, l. III; II, 31 et s.

mea confirmasse Garino abbati et monachis de sancto Ebrulfo omnes libertates, ecclesias, decimas, redditus, homines et terras quas tam ipsi et fideles sui clerici et laici quam etiam progenitores eorum Hugo et Robertus de Grentemesnil et W. Geroianus predicto monasterio donaverunt temporibus Willelmi patris mei regis Anglorum et meis, ipso concedente et confirmante, in quibus hec propriis exprimenda duxi vocabulis; ecclesiam videlicet de Nucento cum omnibus pertinenciis suis; ecclesiam de Grentemesnil cum omnibus pertinenciis suis, et in bosco ejusdem ville plenam decimam, de venditione videlicet et pasnagio et herbagio et de omnibus fructibus qui ex eis poterunt provenire; ecclesiam de Lovigne cum omnibus decimis et terris et aliis pertinenciis suis; apud Barou duas partes tocius decime feodi de Grentemesnil; apud Abe villam duas partes tocius decime vavassorum domini ejusdem ville et domini de Val des Loge; in feodo Landonis et in feodo domini de Barou quod ad Grentemesnil pertinet duas partes tocius decime; ecclesiam de Mont Calvet cum omnibus decimis et aliis pertinenciis suis; de donis autem Geroianorum, ecclesiam sancti Andree de Eschalfou cum capellis et decimis aliisque pertinenciis suis, et in eadem villa decima tocius preposture, thelonei et omnium redditnum et exituum qui ex ea et pertinentiis ejus poterunt pervenire; decimam quoque foreste ejusdem ville, de venditione scilicet, pasnagio, venacione, haracio et herbagio et de omnibus fructibus qui ex ea poterunt provenire, etiam si ad agriculturam venerit, et herbagium (2) et pasnagium ad porcos suos et ad alia averia sua, ipsamque forestam ad calfagium et herbergagium suum et domorum suarum et ecclesiarum edificationem et manerii sui de Veteri Mesnil et ad necessaria omnia, tam de vivo bosco quam de mortuo, absque liberatione forestariorum vel contradictione alicujus; apud Sanctum Andream vavassoriam unam cum feodo de Rocheio et de Nigra Aqua; ecclesiam sancti Petri de Nidis cum decimis et aliis pertinenciis suis; apud Sanctum Serenicium ecclesiam cum omnibus decimis et manerio monachorum et terris et aliis pertinentiis suis et decima annone et vinearum et

(1) Sic.

(2) Les mots *etiam si a. a. v. e. herbagium* ont été récrits sur un endroit gratté.

omnium molendinorum et omnium reddituum qui sunt vel provenire poterunt ex eadem villa, piscationem in aqua quantum durat terra monachorum ex utraque parte ad placitum suum; apud Radon ecclesiam cum decima et aliis pertinenciis suis; ecclesiam de Mousterol cum decimis bladi et prepositure et molendinorum bladariorum et omnium reddituum et emendationum qui ex eadem villa et pertinenciis ejus poterunt provenire, et tres furnos in eadem villa, et terras et homines plures; theloneum quoque et consuetudines de omnibus rebus quas homines eorum vendunt vel emunt per totum feodum de Mosterol; ecclesiam de Estouvi cum decimis et aliis pertinentiis suis et totam decimam molendini de Rovreio de dono Ricardi de Coluncis, et capellam de Estouvi de dono Roberti de Corceio; apud Noron prioratum sancti Petri cum ecclesia sancti Cirici cum omnibus decimis et terris et hominibus et aliis pertinenciis suis. Quare volo et firmiter precipio ut hec supra dicta omnia que in presenti carta mea confirmavi ita libere et quiete teneant et possideant sicut unquam aliquis homo de me aliquid melius et honorificencius tenuit et possidebit. Testibus : G. Rothomagensi archiepiscopo, W. comite Pontivi, Nigello de Albigneio, Roberto de Grentemesnil, Roberto Geroiano, Patricio de Chahorcis, Goel de Ivreio, W. de Sacio (1). Apud Rothomagum.

Chartul. S. Ebrulfi, t. I, n° 18.

XII (2).

CHARTA HENRICI I.

(1124-1135.)

H. Dei gratia rex Anglie et dux Normannie, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, justiciis et ministris omnibus, salutem. Sciatis me, ad peticionem dilecti et fidelis mei Willelmi de Molendinis et Alberede uxoris sue, con-

---

(1) Il faut peut-être corriger et mettre *Saeio*.

(2) Cf. Orderic, l. v; II, 407 et s.

cessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et sancto Ebrulfo et monachis ejus, in perpetuam, liberam et ab omni terreno servicio et consuetudine vel taliis vel relevamentis vel gardis vel fossatis vel muragiis vel carragiis seu quibus [libet] aliis terrenorum serviciorum consuetudinibus quietam et puram elemosinam, hec omnia que hac presenti carta mea subscripta sunt : ecclesiam videlicet sancti Laurencii de Molendinis cum tota terra quam in suo dominio habebant juxta castellum de Molendinis predictus W. et Albereda uxor ejus, de cujus patrimonio erat castellum de Molendinis, et unum pratum juxta fontem quod dicitur pratum de Infernet, et aliud super Sartam, et aliud super Ytun, et duo jugera terre de dono Viatorum (1), et quamdam partem decime molendini de Sarta, et manerium monachorum juxta ecclesiam sancti Laurencii, et in forestis de Molendinis et de Bonis Molendinis et de Maheru et in Brolio calfagium priori et monachis apud Sanctum Laurencium commorantibus etiam cum quadriga de castro si voluerint et ad edificandas domos suas et ecclesiam sancti Laurencii cum necesse eis fuerit, et in eisdem quitanciam pasnagii et herbagii per totum annum ad omnia averia sua, et ad natale Domini unam fagum sicut habent milites de feodo Molendinorum. Concedo preterea et confirmo prefatis monachis ecclesiam beate Marie de Bonis Molendinis cum tota decima garbarum, lini, canabi et leguminum et furnorum et molendinorum et unum hospitem juxta ecclesiam ; ecclesiam sancti Dionisii de Maheru cum tota decima ipsius et cimiterio et terra presbiteri et cum virgulto prope cimiterium et cultura una quatuor acrarum vel amplius prope eandem villam juxta viam que de Maheru ducit ad Plancas et cum aliis terris et hominibus pluribus in eadem ecclesia et in parrochia ipsius ; decimam quoque panis et pasnagii et venditionis et omnium exituum domini Falandriarum de nemore suo, et quatuor jugera terre supra pratum de Infernet ; apud Sanctum Aquilinum duas partes tocius decime feodi Heron domini de Brimoneria, et in parrochia de Ferraria similiter, et de feodo Hugonis de Ferraria, et in parrochia de Ronceos duas partes tocius decime feodi Walteri de Veteri Ponte ; et in parrochia Sancte Colunbe totum tenementum Rainboudi de Bosco cum arabili terra et cum bosco a via de Maupertuis usque

(1) Ou *Viatoris*.

ad Vadum Alboudi sicut ipsum dividit alta foresta. Concedo preterea prefatis monachis omnes libertates et quitancias quas in prefatis ecclesiis et hominibus et terris et dicta consuetudine forestarum et brolii habebant de antecessoribus meis et de me predictus Willelmus et Albereda uxor ejus, ita ut sepedicti monachi vel homines eorum in predictis terris manentes ex hiis omnibus que hac presenti carta confirmavi nec michi nec heredibus meis nec alicui, preter Deum, terrenum inde aliquid servicium facere teneantur nec relevamentum nec consuetudinem nec gardam nec auxilium nec talliam nec fossata nec muragia nec carragia. Quare volo et firmiter precipio ut hec supra scripta omnia, cum dicta eorum libertate, ita pacifice et quiete teneant sicut unquam aliquis homo de me vel de antecessoribus meis aliquid melius et honorificencius tenuit. Testibus : Richardo Baiocensi, J. Lexoviensi, J. Sagiensi episcopis, et Nigello de Albigneio et Willelmo de Molendinis. Apud Cadomum.

Chartul. S. Ebrulfi, t. I, n. 17, et t. II, n. 678.

XIII.

CHARTA HENRICI I.

(1124-1135.)

H. Dei gratia rex Anglie et dux Normannie, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, justiciis et omnibus fidelibus suis, salutem. Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse abbati et monachis sancti Ebrulfi unam domum in magno vico Falesie prope macellum inter domum Willelmi Francisi et domum Garini de Hispania, ad petitionem Willelmi de Magneto et uxoris sue, de cujus matrimonio erat, habendam cum omnibus pertinentiis suis in liberam et quietam elemosinam, concedente hoc coram me Gervasio Cornet de quo movebat. Quare volo firmiterque precipio ut eandem domum habeant prefati monachi ad opus prioratus sui de Noron in libe-

ram et quietam perpetuamque elemosinam, et ita eam pacifice et quiete ab omni consuetudine et servicio teneant, sicut unquam aliquis homo melius et honorificencius de me tenuit vel de antecessoribus meis. Testibus Johanne Sagiensi episcopo, Nigello de Albine. Apud Falesiam.

Chartul. S. Ebrulfi, t. II, n. 679.

XIV (1).

CHARTA HUGONIS ROTHOMAGENSIS ARCHIEPISCOPI.

(1132.)

Hugo Dei gratia Rothomagensis archiepiscopus, cunctis fidelibus tam presentibus quam futuris, salutem. Sciatis quia in presencia nostra in capitulo sancte matris ecclesie Rothomagensis, venit Willelmus de Roumare postulans ut assensu nostro et concessione canonica firmaretur monachorum conventus in ecclesia sancti Petri apud castrum quod dicitur Novum Mercatum permansurus, ita videlicet quod et prior et monachi ibidem, Deo annuente, suscepti vel suscipiendi omnes professionem faciant abbati et abbacie sancti Ebrulfi. Statuimus autem, concedente domino Warino abbate et monachis sancti Ebrulfi cum eo ibidem nobis assistentibus et confirmantibus, quatinus prior qui ibidem primus est tam a prefato abbate quam a nobis constitutus domnus Hubertus quamdiu vixerit prioratum suum inconcusse teneat, nisi ad sublimioria regenda eum ecclesiastica quesierit auctoritas, aut nisi (quod nolumus) eum inutilem corporalis reddiderit infirmitas, aut (quod nunquam eveniat) enormitas vite eum inutilem faciat. Si vero (quod absit) aliqua de predictis causis emerserit, tunc abbas sancti Ebrulfi eum a prioratu amovere poterit, ita ut alium in prioratu, sciente et assenciente castri supradicti principe, honestum et utilem ponat, ea lege qua supra dictum est, ibidem usque

(1) Cf. Orderic, l. XII; IV, 485.

ad finem permansurum et sic de ceteris teneatur in perpetuum. Quicunque autem prior ejusdem loci fuerit reddet singulis annis in festo sancti Ebrulfi unam solummodo marcam abbati sancti Ebrulfi. Nos vero ecclesias et decimas quas eo petente usibus monachorum ibi Deo serviencium concessimus, ita eis tradidimus ut consuetudines et jura ecclesiastica nobis et successoribus nostris retinuerimus. Nolumus enim eos esse de illis quos (1) valde dolemus qui episcopos ab ecclesiis suis eliminare nituntur et jura episcopalia reddi episcopis execrantur. Quecumque a Willelmo de Roumaria seu aliis fidelibus priori et monachis de Novo Mercato in elemosinam donata vel donanda sunt, nos quoque donamus et confirmamus. Quisquis ea conservaverit vel augmentaverit seu monachis prefatis benefecerit, retribuat eis omnipotens misericordia Christi; qui vero eis malefecerit vel eorum bona injuste minuerit vel diripuerit, virtute Dei omnipotentis contrahatur et anathemathe, nisi resipuerit, perpetuo constringatur. Amen. Actum hoc anno Verbi incarnati M° C° XXX° II°.

Chartul. S. Ebrulfi, t. II, n. 1071.

---

(1) Peut-être pour *quod*.

VARIANTES

FOURNIES PAR LA COPIE DU MANUSCRIT DE ROME

CONSERVÉE A LA BIBLIOTHÈQUE IMPÉRIALE.

Edit.	Lib. VII.	Ms.
T. III, p. 161, l. 18	Henricus.	indictione VII, Henricus.
p. 164, l. 12	commune.	Conradi.
p. 165, l. 20	intromisit	intrusit.
p. 167, l. 3	comminatus.	commentatus.
l. 14	jussu.	jussui.
l. 15	imperanti iis.	imperiale jus.
p. 168, l. 1	nobiliter.	viriliter.
p. 169, l. 7	definivit.	consilium habuit, et, rebus gestis tam priscis quam modernis profunde perscrutatis, communi decreto definivit.
p. 170, l. 2	conveniunt.	convenerunt.
l. 3	conati.	conatæ.
p. 171, l. 3	Grentemainillo.	Grentemasnilo.
	probatissimi.	probissimi.
l. 6	ab absente.	absente.
l. 8	specimen	spe[m] cunctis.
p. 172, l. 11	intulerunt.	retulerunt.
l. 20	excolit.	excolitur.
p. 173, l. 10	Romanorum.	Romanæ ecclesiæ.
p. 174, l. 19	lacessatis.	contra vos lacessatis.
	mihi.	modo.
p. 175, l. 9	agonothetam.	agonithetam.
p. 176, l. 24	flamma.	flammis.
p. 177, l. 1	collocutionem.	allocutionem.
l. 8	igitur.	ergo.
l. 11	episcopum.	Christum.

Edit.		Lib. VII.	Ms.
T. III, p. 178,	l. 27	rescindat.	recidat.
	l. 28	dirigat.	infatigabiliter dirigat.
p. 182,	l. 3	explerentur precantes.	complerentur præcaventes.
	l. 7	in omni.	tamen omni.
p. 183,	l. 3	evasit	sic evasit.
p. 184,	l. 14	potuimus.	potest.
p. 185,	l. 13	sataget.	satagit.
p. 186,	l. 5	Quod si.	O si.
p. 187,	l. 20	vero.	autem.
p. 188,	l. 13	pius.	prius.
p. 189,	l. 6	latius.	latus (*lisez :* Latiis).
p. 190,	l. 1	primoribus.	principibus.
p. 191,	l. 1	labor.	dolor.
	l. 3	xeniis.	exeniis.
	l. 20	ergo.	igitur.
	l. 24	Domini.	Dei.
	l. 25	licet.	licet tibi.
	l. 27	meo.	in eo.
p. 192,	l. 5	ibique.	probique.
	l. 12	propria.	fratre.
	l. 15	insanabilis.	insatiabilis.
	l. 17	honoribus.	similibus.
p. 194,	l. 18	Nivernensis.	Nivernensium.
p. 197,	l. 16	concurrerunt.	cucurrerunt.
p. 198,	l. 6	et.	et sic.
	l. 7	urbem.	presbyter.
p. 199,	l. 6	Nordanhumbrorum.	Nordanhimbrorum.
p. 200,	l. 15	pacis.	tamen pacis.
p. 205,	l. 1	et.	ac.
	l. 2	construxit.	constituit.
	l. 12	decerpere.	excerpere.
p. 206,	l. 4	subacta.	sublata.
	l. 7	tentorium.	territorium.
p. 207,	l. 7	prandere.	pandere.
p. 208,	l. 1	æditus.	æedituos.
	l. 6	alto.	alio.

Edit.		Lib. VII.	Ms.
T. III, p, 209,	l. 12	hi.	tamen.
	l. 17	resistendum.	obsistendum.
p. 210,	l. 14	non.	non erat.
p. 211,	l. 4	Dominum.	Deum.
p. 212,	l. 34	proprias.	primas.
p. 213,	l. 11	dicuntur.	dicitur.
p. 215,	l. 3	totaque.	tota ergo.
p. 216,	l. 9	Caterpam.	Caterpani.
p. 217,	l. 9	ab.	de.
	l. 17	propria.	patriam.
	l. 21	negavimus.	nequivimus.
p. 218,	l. 7	clementius.	clementer.
	l. 10	gratias.	grates.
p. 220,	l. 1	textura.	tectura.
	l. 7	nesciens.	nescius.
	l. 19	quod.	qui.
	l. 26	Normanniam.	in Norm.
	l. 27	Norom.	Noron.
p. 221,	l. 3	Noromensi.	Noronensi.
p. 222,	l. 3	Deum.	Dominum.
p. 223,	l. 6	terribilis.	terribilibus.
	l. 24	compegit.	confregit.
p. 224,	l. 14	Gauterius.	Gaulterius.
	l. 16	Canutus.	Chunutus.
	l. 17	geminos.	genuinos.
	l. 18	fugaverat.	effugaverat.
p. 225,	l. 4	obsidet.	obsideret.
p. 226,	l. 11	securitatem.	securitate.
		exspectabat.	exultabat.
p. 227,	l. 12	videbantur.	videbat, sed.
	l. 13	et crebro.	crebro.
p. 230,	l. 5	seditiones enim.	seditiones.
	l. 8	gradiri.	gradi.
	l. 10	principes.	princeps.
	l. 15	surrexerunt.	insurrexerunt
	l. 21	Brioniam.	Brionnam.
p. 231,	l. 4	Constantino.	Costantino.
	l. 12	Argentias.	Baiocas.

Edit.	Lib. VII.	Ms.
. III, p. 232, l. 11	accerserunt.	accersierunt.
p. 233, l. 6	Garennam.	Guarennam.
p. 234, l. 10	perierunt.	perierant.
l. 13	nostros.	meos.
p. 236, l. 2	Talogium.	TalogiumatqueCalcegium.
l. 4	necne.	necnon.
l. 9	Aucesium.	Aucensium.
p. 240, l. 4	provenit.	pervenit.
l. 20	exegit.	exigit.
p. 241, l. 15	fundator.	fundatorum, *et supprimez la virgule qui suit ce mot.*
p. 242, l. 15	et in.	id est in.
p. 243, l. 1	cujus.	ejus.
p. 244. l. 8	Odonem.	id est Odonem.
l. 11	propulsaverat.	propulerat.
p. 247, l. 7	vel.	aliter.
p. 249, l. 1	effecti.	facti.
l. 19	in.	nobis in.
l. 21	clepere.	eripere.
p. 250, l. 1	ac.	et palam ac.
l. 17	deseruerant.	deseruerunt.
l. 19	pagensis.	quidam pagensis.
p. 252, l. 14	propter.	ut propter.
p. 254, l. 2	structum.	et strictum.
l. 17	area.	arca.
l. 19	cultu.	ritu.
p. 255, l. 17	vopis.	vobis.
l. 21	cecidit.	decidit.

Edit.	Lib. VIII.	Ms.
T. III, p. 256, l. 1	M LXXXII.	M LXXXVII.
l. 12	Michaelis.	Michaelis archangeli.
p. 257, l. 19	Guilbertus.	Gulbertus.
p. 260, l. 1	Grantemaisnil.	Grentemaisnil.
p. 261, l. 5	facta.	subito facta.
l. 7	impune.	importune.

Edit.		Lib. VIII.	Ms.
T. III, p. 261,	l. 11	Allencionem.	Alencionem.
p. 262,	l. 2	et omnibus.	et in o.
	l. 24	ad just.	ac ad j.
p. 264,	l. 9	juxta.	extra.
p. 266,	l. 1	et alias.	et ad alias.
	l. 3	philosophiæ.	philosophico.
	l. 4	nutriebat.	nutrierat.
p. 268,	l. 4	comes.	comes fuerit.
	l. 11	potentiæ.	potestatis.
	l. 12	Normannia.	in Norm. *Il faut supprimer la virgule de la ligne suivante.*
p. 270,	l. 3	detexerunt.	derixerunt. *Il faut probablement* direxerunt.
p. 275,	l. 5	timidos.	tumidos.
	l. 7	gloriosæ virtuti.	gloriæ virtutis.
	l. 15	sit.	scit.
p. 276,	l. 2	facti.	facti sunt.
p. 280,	l. 4	morbi.	morbus.
p. 281,	l. 3	agonotheta.	agonitheta.
	l. 13	de Cornero.	de Torneor. *Le Rôle de Saint-Évroul publié dans l'Appendice* (V, 186) *porte* del Torneor.
	l. 14	decimam.	decimamque.
	l. 17	Cumbinellam.	ad Bivellam. *C'est aussi la leçon du Rôle.*
	l. 22	Mercato.	*Le Rôle porte :* Mercatorio.
p. 283,	l. 30	Dagaunoth.	Dagannoth.
p. 287,	l. 4	utilitati.	utilitatibus.
	l. 22	Bartolomæus.	Bartholomæus.
p. 288,	l. 10	Colvenum.	Coluenum. *Ainsi faut-il pour la mesure du vers.*
p. 291,	l. 3	hoc.	hæc.
	l. 16	poterat fraterne.	petierat fratri.
	l. 21	immiscentes.	miscentes.
p. 292,	l. 20	*Transportez le point d'exclamation après* ubique.	

Edit.	Lib. VIII.	Ms.
T. III, p. 296, l. 19	Monte Dublelis.	Monte Dublahelis.
p. 297, l. 3	septembribus.	septembris.
l. 22	vir.	tiro.
p. 298, l. 7	speculisque.	zetisque.
l. 10	defuit.	desunt.
l. 11	insistunt.	jurgiis et seditionibus insistunt.
l. 14	monachis.	monachile.
l. 15	Domino.	diu Domino.
l. 16	nonis.	nonas.
l. 21	destructum.	destructum est.
p. 299, l. 8	Bellesmi.	Bellissimi.
l. 11	et.	ac.
l. 14	tectum.	lectum.
p. 300, l. 4	possidebant.	possederant.
l. 5	imminuit.	minuit.
l. 7	et avaritia.	avaritia.
l. 8	seriorum.	sævorum.
p. 301, l. 1	summo.	strictissimo.
p. 302, l. 3	abduxit.	captos abduxit.
l. 11	bellis.	armis.
l. 14	Covarevico.	Guarevico.
p. 303, l. 9	marchisios.	marchisos.
l. 20	desiderabili.	desiderabilis.
p. 304, l. 20	et.	ac.
l. 27	eligit.	elegit.
l. 28	ac.	et.
l. 29	postulabant.	postulabatur.
p. 305, l. 7	norma.	normæ.
l. 8	unus.	unus ergo.
p. 307, l. 4	conturbabat.	contemnebat.
p. 308, l. 1	corripuit.	arripuit.
p. 310, l. 4	archidiaconus.	archiater.
p. 311, l. 11	factis.	factus.
p. 312, l. 18	et grex.	ceu grex.
l. 30	recusatione.	excusatione.
p. 313, l. 1	citam repausationem.	tutam repatriationem.

Edit.	Lib. VIII.	Ms.
T. III, p. 313, l. 4	consolati.	sic consolati.
p. 313, l. 3	procuravit.	procuraverit.
p. 320, l. 7	Calegii.	Calogii. *Selon toute apparence, le ms. de Rome doit porter :* Talogii.
p. 321, l. 3	Helvissa.	Helvisa.
l. 5	servabo.	semper servabo.
p. 322, l. 3	siquidem.	quidem.
l. 25	Pactique.	Pacti quoque.
p. 323, l. 16	cupiunt.	arripiunt.
p. 324, l. 7	curabant.	comebant.
l. 10	patrium.	patrum.
l. 19	suggerebat.	suggereret.
p. 325, l. 17	cultum.	callem.
l. 18	et sublimi residens.	e sublimi videns, *et supprimez la virgule qui suit* solio.
l. 24	perspicit.	prospicit.
p. 326, l. 12	Grossivus.	Grossinus (?).
l. 23	mundi.	ruinam mundi.
p. 327, l. 11	instarent.	insisterent.
l. 27	nobis.	vobis.
p. 329, l. 11	dicti.	Dei.
l. 12	suæ afflictioni.	sui afflictioni valde.
l. 13	cum.	in.
p. 330, l. 15	implacabiles.	impacabiles.
p. 331, l. 18	cum.	dum.
p. 332, l. 21	fraude.	furto.
p. 333, l. 5	rapinis.	et rapinis.
l. 6	Almaricus.	Amalricus.
l. 13	patrium.	paternum.
l. 19	Eximiis.	Oximis.
p. 334, l. 14	cum.	dum.
p. 335, l. 1	perpetraverunt.	perpetrarant.
l. 4	Ebroicensi.	Ebroicensium.
l. 8	ex.	et ex.
l. 17	redivinum.	redivivum.
l. 18	in.	inter.

Edit.	Lib. VIII.	Ms.
T. III, p. 335, l. 20	sereniter.	salubriter.
p. 336, l. 20	fletus.	fletus ex oculis.
p. 337, l. 8	alioqui.	alioquin.
p. 338, l. 4	hujusmodi.	hujuscemodi.
l. 8	visus.	nisus.
l. 15	Gauguerici.	Gaureguici.
l. 22	bello tuo.	bello.
l. 23	præsentia.	pueritia.
l. 24	Elbretus.	Elbertus.
p. 340, l. 17	Berefactam.	Benefactam.
p. 341, l. 6	præfatam munitionem.	præfatum munionem.
l. 19	progressa.	extemplo progressa.
p. 342, l. 17	per breve.	post breve.
p. 343, l. 7	exuit.	exivit.
p. 344, l. 6	Normannia.	in Normannia.
p. 345, l. 21	manipularibus.	commanipularibus.
p 347, l. 4	Dominum.	Deum.
l. 13	nempe.	enim.
p. 350, l. 3	somnio.	somno.
p. 352, l. 17	Gilberto.	Gisleberto.
l. 24	partem.	portam.
l. 25	Garenna.	Guarenna.
p. 353, l. 1	Calcegiensem.	Calcegensem.
l. 5	adjuvare festinant. Ergo.	adjuvare. Festinanter ergo.
p. 356, l. 15	comperit.	comperiit.
p. 357, l. 13	plorant.	ploravit.
l. 22	Jerusalem.	in Israel.
p. 358, l. 21	nuncupatur.	nuncupant.
p. 359, l. 18	Albericum.	Albertum.
p. 360, l. 2	Cani.	Canæ.
l. 3	primus.	unus.
p. 361, l. 4	obiit.	innupta obiit.
p. 362, l. 20 et 21	multoties intus obstante repulsus.	fortiter intus obstante multoties repulsus.
p. 363, l. 11	Gisleberti.	Gulberti.

Edit.		Lib. VIII.	Ms.
T. III, p. 363,	l. 15	diutius.	diutina.
p. 364,	l. 2	cum.	herilis.
	l. 3	terrore.	armorum terrore.
p. 367,	l. 4	Gualchelmus.	Gualchelinus. *La même correction doit se faire à tous les endroits de ce chapitre où paraît le même nom.*
	l. 17	properantium.	inordinate properantium.
p. 368,	l. 3	maxucam.	mazucam.
p. 369,	l. 10	mulieribus.	muliebribus.
	l. 19	possint.	possunt.
p. 371;	l. 19	devotatus.	denotatus.
	l. 21	ei.	eum.
	l. 26	militum.	milium.
p. 372,	l. 1	relationes.	relatores.
	l. 20	incredibile.	inedicibile.
p. 373,	l. 9	Baronis.	Barnonis.
p. 374,	l. 9	execrabilia.	execrabilis.
	l. 15	velut.	veluti.
	l. 18	Domini.	Dei.
	l. 20	ensem.	solum ensem.
	l. 21	suum.	nudum.
	l. 23	phalengem.	phalangem.
p. 375,	l. 18	trahi.	vehi.
p. 376,	l. 13	fero.	adhuc fero.
p. 379,	l. 11	infirmorum.	infimorum.
p. 380,	l. 3	et	ac.
	l. 22	Troarcensis.	Troarnensis.
p. 381,	l. 9	Hermanus.	Hermannus.
	l. 13	monachilem.	monachilis.
p. 382,	l. 11	Godifredum.	Goisfredum.
	l. 17	Eulandensi.	Crulandensi.
p. 383,	l. 2	Balcherivilla.	Balcheriivilla.
	l. 5	Guillebertus.	Gulebertus.
p. 384,	l. 17	externus.	exterus.
	l. 22	Harecherium.	Harcherium.
p. 385,	l. 5	incendiis.	incendiisque.

Edit.	Lib. VIII.	Ms.
T. III, p. 385, l. 13	hæc.	hoc.
l. 19	erat.	fuerat.
p. 386, l. 8	fruticeta.	fructeta.
l. 14	timore.	Dei timore.
l. 14	scissent.	scivissent.
l. 16	occuluerat.	occultaverat.
l. 25	contemptui seu.	cunctis contemptui ceu.
p. 391, l. 1	Trecassino.	Trecasino
p. 392, l. 28	occurrere.	occurrerunt.
p. 398, l. 7	proavit a.	ac proavis.
p. 400, l. 6	vero.	enim.
l. 13	successione.	successore.
l. 19	fortitus.	sortitus.
p. 405, l. 4	catholice.	catholicæ.
p. 411, l. 6	remuneratur.	remuneravit.
p. 412, l. 4	quatrerentur.	quaterentur.
l. 24	cogeret.	coegerit.
p. 416, l. 1	socero.	soceroque.
p. 418, l. 9	direpta.	direpta Belesmensis.
p. 419, l. 11	Sagiensesque.	Sagienses quoque.
l. 22	repetere.	reposcere.
p. 423, l. 7	utique.	ubique.
l. 27	Talvatium.	Talavatium.
p. 425, l. 2	vexare.	vexaret.
p. 426, l. 4	*La phrase :* Philippus.... varia, *manque dans le manuscrit de Rome.*	
p. 427, l. 12	Legecestriæ.	Legrecestræ.
p. 428, l. 8	præcipue.	perspicue.
p. 429, l. 4	int. persp. ost.	int. ost.
l. 10	oculi.	oculus (*leçon demandée par la rime*).
p. 430, l. 6	litteris.	in litteris.
p. 431, l. 1	sancti.	sanctæ.
l. 17	externisque.	exteriusque.
l. 23	esse.	est.
p. 432, l. 17	admiranda.	pro admiranda.
p. 433, l. 22	qualis.	qualiter.
